arũ
tres
uchi
noli
ligi
ex Ro
mpp
&
rne
nos
mu
ran
s
ati
rnũ

Dogmat. I. 65.

169

C 39a.

22948

# DEDUCTIO
# CATHOLICÆ
# RELIGIONIS,

*Ex*

## Romanorum Imperatorum

*Legibus Civilibus, Edictis, Reſcriptis, Conſtitutionibus, &c.*

Omnibus Lutheranarum Vniverſitatum Juris Studioſis propoſita

*à*

*R. P. JODOCO KEDD.*

*Societ. JESU.*

*Eſt Fratrum Diſcalceatorum S. Auguſtini Contus Viennenſis*

Cui acceſſit ejusdem

# EXAMEN
## REFORMATÆ RELIGIONIS

& duplex Syllogismus Apodicticus.

*Incivile eſt niſi totâ lege perſpectâ, unâ ejus particulâ propoſitâ judicare & reſpondere. ff. de legib. 24.*

---

VIENNÆ AUSTRIÆ,
*Typis MATTHÆI RICTII.*
ANNO M. DC. LV.

TA-364734

*L. Inter claras, Cod. de ſumma Trinitate, & Fide Catholica.*

Nihil eſt quod lumine clariori fulgeat, quàm recta fides, nihil eſt, quod ita nequeat occaſui ſubjacere, quàm vera Religio; Nam cum auctorem vitæ vel luminis utraque reſpiciant, rectè & tenebras reſpuunt, & neſciunt ſubjacere defectui.

*Lutherus.:*

Ach HErre Gott dein Göttlich Wort/ iſt lang verdunckelt blieben/ ꝛc.

In den geiſtlichen Liedern. Helmſtadt apud Jacob. Luci. Anno 1610. in 16.

*Leges:*

Mein Juncker Martin/ das iſt gefehlt/ es habens auch die Kayſer beſchrieben.

Omnia ad majorem Dei Gloriam.

*Permiſſu Superiorum.*

DS-2020-6213

# ILLUSTRISSIMO
## DOMINO, DOMINO
# OTTONI
## Libero Baroni de Noſtitz, Domino in Sczochaw/ Hereditario Dno. in Rockizan, Heyffersdorff/ Lobers/ & Profen/ ꝛc. S. Cæſareæ Majeſtatis Conſiliario, nec non Ducatuum Suidnicenſis & Jaurovienſis Plenipotentiario Gubernatori, &c. Domino ſuo plurimum obſervando.

*PErquam familiare eſt, Illuſtriſſime Domine Baro, vel corruptis Magnatum moribus, vel impudenti plebeculæ, Ovidianum illud:* Eſt quoq; cunctarum novitas gratiſſima rerum. *Id, quod meo quidem animo, nunquam veriùs dici potuit, quàm in ſuperioris infelicis ſeculi ingreſſu,*

quo bonarum artium contemptus, amorq́ voluptatum, tantam in Germaniam hanc noſtram, rerum maximè divinarum inſcitiam, cum inſigni morum corruptela, invexerat, ut, cum Lutherus rudibus ac voluptuoſis, &, quod inde naſci ſolet, curioſis in Novitates Germanorum animis, eam doctrinam propinaret, quæ, & verecundiæ ruborem detraheret, & Epicurum fiduciâ meritorum Chriſti nequiter palliaret, & Principum avaritiæ falſum prætexeret æquitatis velum, & ſceleribus Fidelium, ut ajebat, impunitatem in vita altera promitteret, & Cœlum deniq́ nulli clauderet, niſi in Chriſtum non credenti, magna, prò pudor, dicam, an dolor! Germaniæ pars, recens quaſi inauratum Lutheri poculum, tantâ ſiti arripuerit, ut ſatianda nunquam novis hiſce illiciis videretur. Novis inquam; Lutherus enim ipſe tom. 8. Jenenſi in brevi Confeſſione, dicit: **Als vnſere Lehr noch new war/ꝛc.** quæ periculoſa & plena temeritatis novitas, ut minus fieret incautis ſuſpecta, eam cœleſti tanquam revelatione munire ſtuduit: Tom. Wittenb. 1. Dom. Invocavit conc 27. fol. 26. ubi ait: Se primum fuiſſe quem Deus in hoc theatrum miſit: ſe primum cui Deus revelarit, ut purum Evangelium Wittenbergenſibus manifeſtaret: ante ipſum neminem ſciviſſe quid Evangelium Chriſti, quid Baptismus, quid Confeſſio, quid Sacramenta, quid Fides, &c. Succeſſu deinde temporis, excitatis velut è quiete illorum animis, qui nondum virtuti

*tuti & veritati bellum indixerant, ſeq; Luthero maſculè opponentibus, & contra novitates iſtas graviſſimis verbis ſcriptisq; inſurgentibus, Lutherus ejusq; Aſſeclæ, mutatis illicò velis, lupum orinâ pelle, & novitatis, inviſum prudentibus, nomen, mentito antiquitatis habitu exeornare conati ſunt, nec velle amplius Lutherani, ſed Evangelici, ſed Apoſtolici, &, quod mirêre, deniq; etiam impudenter Catholici appellari: quæ tamen venerandæ antiquitatis nomina, quàm malè Novatoribus hiſce conveniant, quia & Ego, & plures ante me Aliŋ, ex primis Eccleſiæ Conciliis & SS. Patribus luculenter demonſtrarunt, idem ipſum volui pauculis hiſce pagellis ex Imperatorum Romanorum Edictis, Reſcriptis, Conſtitutionibus, Legibus, &c. velut irrefragabilibus, nunquam ſatis laudatæ antiquitatis, teſtimoniis oſtendere, omnem eam fidei noſtræ doctrinam, Tridentinâ Synodo (quam, more Hæreticis uſitato, modernì Sectariŋ omnes, ut virgas pueri, vel enſem carnificis ſcelerati homines, calumniantur, deteſtantur, execrantur) expreſſam, antiquam eſſe. Sectariorum verò novam, & illos omnes Novatores. Niſi ideò ſibi antiquitatis nomen deberi velint, quod omnia illa ſuæ, quam ajunt, fidei capita, in quibus à nobis diſſident, jam olim ab Eccleſia Hæreſeos damnata ſint. Sed neq; ſic tamen hoc nomen merentur, quando, quod ſingulæ tenuerunt Hæreſes, hoc quaſi è ſentina collectum, ab infrris revocarunt, ut vel ideo maximè Novatores*

 *ſint,*

*ſint, & merito appellari debeant. Quem tenuem laborem meum, ut in Sileſitas pariter quoq; derivarem, alium ibidem Illuſtriſſ. Domine non inveni, quam Te, litteris non minùs & Jurisprudentiâ eruditū, quàm armis ſtrenuū: cujus auſpiciis, ut maximæ in Provincia iſta auctoritatis, lucubrationum mearum fructus in plures confido derivandos. Accipe igitur, Illuſtriſſime Domine, benevolo gratioſoq;, ut ſoles, animo, novam hanc armaturam, à Joanne Baptiſta Ficklero quondam adumbratam, ſed novâ nunc methodo Tridentinæ Synodo accommodatam, quâ inſtructus, quoniam in Caſtra noſtra veritate Duce, Dei gratiâ Comite conceſſiſti, tela Novatorum antiquitatis firmitatem & robur mentientia, fortiſſimo tanquam clypeo facilè retundes, non alio certe effectu, quàm glorioſâ pro veritate victoriâ, quam Illuſtriſſimæ Dominationi Tuæ, omnibusq; veritatis amatoribus & Promotoribus ſinceriſſimo affectu precor. Viennæ Auſtriæ 1655.*

Illuſtriſſimæ Dominationis Tuæ

*Servus in Chriſto*

Jodocus Kedd, Soc. JESU.

# JUSTINIANUS IMPERATOR IN EPISTOLA,

## quam unà cum Fidei Catholicæ Confeſſione

*Per Epiſcopos Hypatium atquè Demetrium Romam miſit ad Joannem Papam II. quæ unà cum ejusdem Pontificis reſponſione inter leges Codicis, ſub tit. De ſumma Trinit. & Fide Cathol. ab ipſomet Juſtiniano relata eſt.*

Victor Iuſtinianus, Pius, Felix, Inclytus, Triumphator, ſemper Auguſtus, Joanni ſanctiſſimo Epiſcopo almæ urbis Romæ & Patriarchæ.

REddentes honorem Apoſtolicæ Sedi & veſtræ ſanctitati (quòd ſemper nobis in voto & fuit & eſt) *Et ut Decet Patrem honorantes* veſtram beatitudinem, omnia, quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinavimus ad notitiam deferre veſtræ ſanctitatis. Quoniam ſemper nobis fuit magnum ſtudium unitatem veſtræ apoſtolicæ ſedis, & ſtatum Sanctarum

ſeculorum,tot eruditiſſimorum ſanctiſſimorumque virorum conſenſu relicto, Luthero, Calvinoque credere? fuerint homines generationes antiquæ, errare potuerint & erraverint SS. PP. in re aliqua tunc nondum deciſâ; nunquid non homines ſunt Lutherus, Calvinusque? quam ſancti ſcilicet, non attinet ſcientibus loqui. An ſoli illi, an vos ſinguli errare non poteſtis, qui veſtrum ipſi judicium, in re controverſâ, toti tot ſeculorum conſenſui præfertis? quid, obſecro, hoc aliud eſt, quam in tuo tibi cerebro idolum fabricare, quò fidem parias tam multiplicem, quam varia ſunt hominum judicia, de ſe grandia præſumentium? argumentis in hanc rem nullis egeo: res loquitur. Erit adhuc ille,ſi tamen erit,qui,nullo eorummet cœtu contradicente, dicere poſſit: apud nos indubitatè vera eſt Calvinianorum, vera Lutheranorum doctrina, qui nobiſcum non faciunt, Calviniani, Lutherani nequaquam ſunt. Hisce inter vos Domini Academici litibus,ut modum ſtatui optare demonſtraretis,ex Univerſitate Jenenſi fiduciarias mihi litteras obtuliſtis, ut decidendi infallibilitatem vobis Româ procurarem, ad quas etſi pridem Germanicè reſponderim, grati tamen animi demonſtrandi causâ, Dominationes veſtras juri & juſtitiæ operam dantes, ad Moſaicam à Spiritu ſancto dictatam regulam manuducturus, ex veſtris Codicibus, Romanorum Imperatorum reſcriptis, edictis,conſtitutionibus,legibus, Romanam Catholicam fidem ex normâ ſacroſanctæ Tridentinæ Synodi vobis proponam, non quod tam ſtolidè ſentiam, ut more veſtro Imperatoribus aut Principibus juris aliquid in Divina tribuam, ſed quia, cùm aliàs ſæpius ex Scripturâ ſacrâ, Conciliis, SS. Patribus tela deprompſerim nondum ab ullo retuſa, perſpectum habeo,

pluri-

plurimum quoque apud vos Divum Juſtinianum, cæteroſque legum conditores, auctoritatis obtinere, rogatas velim Academicas Dominationes veſtras, ut, ſepoſito tantisper effervescentis animi calore, utriusque tam Civilis quam Eccleſiaſtici Ordinis in fidei negotio conſenſum, tot retro ſeculis continuatum (cum in ore duorum, aut trium ſtet omne verbum) prudenti ſacroque judicio ponderetis.

*Academicarum Dominationum*
*Veſtrarum*

Studioſiſſimus

Jodocus Kedd, Soc. JESV.

# CONFESSIO FIDEI
## ex decreto Conſilii Tridentini.

§. I.

*EGo NN. firmâ fide credo, & profiteor omnia & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo S. Romana Eccleſia utitur; Videlicet, Credo* (a) *in unum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium. Et in unum Dominum* (b) *Jeſum Chriſtum, filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſecula. Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis; Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt: Et reſurrexit tertiâ die ſecundum Scripturas: Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dextram Patris; Et iterum venturus eſt cum gloria, judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum* (c) *Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioq; procedit; qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur: qui locutus eſt per Prophetas. Et unam ſanctam,* (d) *Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma* (e) *in remiſſionem peccatorum: Et expecto reſurrectionem* (f) *mortuorum, Et vitam venturi ſæculi, Amen.* (g)

(a) Cre-

*(a)* Credentes enim in Patrem & Filium & Sanctum Spiritum, unam eſſentiam, in tribus hypoſtaſibus, ſeu ſubſiſtentibus perſonis, adoramus unam Deitatem, unam poteſtatem, Trinitatem conſubſtantialem. L. cùm recta. 5. C. de SS. Trinit. & Fide Catholic.

Deo Auctore noſtrum gubernante Imperium, quod nobis à cæleſti Majeſtate traditum eſt, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & ſtatum Reipublicæ ſuſtentamus: & ita noſtros animos ad Dei omnipotentis erigimus adjutorium, ut neque armis confidamus, neque noſtris militibus, neq; bellorum ducibns vel noſtro ingenio, ſed omnem ſpem ad ſolam referamus Summæ providentiam Trinitatis: unde & mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt. De concept. Digeſtor. ad Tribonian.

*(b)* In ultimis autem diebus confitemur Unigenitum Dei Filium, Deum de Deo, filium ex Deo ante ſecula, & ſine tempore, ex Patre natum, coæternum Patri, ex quo omnia, & per quem omnia, deſcendiſſe de cælis, incarnatnm eſſe ex Spiritu Sancto & Sanctâ glorioſâ & ſemper Virgine Mariâ, hominem factum eſſe, Crucem pertuliſſe, ſepultum fuiſſe, & reſurrexiſſe tertiâ die, unius & ejuſdem miracula & paſſiones quas ſponte carne ſuſtinuit, agnoſcentes. Neq; enim alium Deum Verbum novimus, alium Chriſtum, ſed unum & eundem conſubſtantialem Patri ſecundum Divinitatem & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem. L. cùm recta 5. §. credentes. C. de ſummâ Trin. & Fide Cath.

Credimus itaque in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum Dominum Iesum Chriſtum Flium Dei, & in Spiritum Sanctum, unam eſſentiam in tribus hypoſtaſibus, ſive ſubſiſtentibus perſonis, adorantes unam Deitatem, unam poteſtatem, Trinitatem conſubſtantialem. In ultimis autem diebus confitemur Dominum noſtrum Iesum Chriſtum unigenitum Dei filium, ex Deo vero Deum verum, ante ſecula & ſine tempore ex Patre natum, coæternum Patri, ex quo omnia, & per quem omnia, qui deſcendit de cælis, incarnatus de Spiritu Sancto & ſancta glorioſâ & ſemper Virgine Mariâ, & inhumanatus, ſive homo factus eſt, & paſſus crucem pro nobis ſub

Pontio Piſato, ſepultus eſt, & reſurrexit tertio die. Unius ac ejuſdem paſſiones & miracula quæ ſponte pertulit in carne, agnoſcentes &c. His ita ſe habentibus, anathematizamus omnem hæreſin, præcipuè verò Neſtorium anthropolatram, & qui eadem cum ipſo ſentiunt vel ſenſerunt: qui dividunt unum Dominum noſtrum Iesum Chriſtum filium Dei & Deum noſtrum, & qui non confitentur propriè & ſecundum veritatem ſanctam glorioſam & ſemper Virginem Mariam theotocon ſeu Deiparam, id eſt, Dei Matrem, ſed qui duos filios dicunt, unum ex Deo Patre Deum Verbum, alterum ex ſancta ſemper Virgine Deiparâ Mariâ, gratiâ & habitudine & propinquitate quam cum Deo Verbo habet, natum eſſe: & qui negant nec confitentur Dominum noſtrum Iesum Chriſtum Filium Dei & Deum noſtrum incarnatum & hominem factum & crucifixum, unum eſſe ex Sanctâ & conſubſtantiali Trinitate. Ipſe enim ſolus eſt coadorandus & conglorificandus Patri & Sancto Spiritui. L. cùm Salvatorem. 6. §. credimus. 1. & §. his ita ſe. 2. C. de ſummâ Trin. & Fide Cath.

Credimus in Deum unum Patrem Omnipotentem factorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium. Credimus & in unum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium Dei unigenitum, natum ex Patre ante omnia ſæcula, & ante omnia tempora, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, naturalem, non adoptivum, per quem omnia condita ſunt cœleſtia & terreſtria, unius eſſentiæ, & unius ſubſtantiæ cum Patre §. 18. & 19. (& infra) paſſus eſt verâ carnis paſſione, mortuus eſt vera corporis ſui morte, ſurrexit verâ carnis ſuæ reſurrectione, & verâ animæ reaſſumptione, & eodem tempore, quo paſſus eſt, reſurrexit. Aſcendit in cœlos ſedens in dextrâ Dei Patris. Et in eadem formâ, quâ aſcendit venturus judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. §. 22. Conſtit. Carol. Magn. Francofurt. Anno 794. contra hæreſin Elipantinam & Felicianam apud Goldaſt. Conſtit. Imper. Tom. 1.

Si verò ipſi tranſgreſſi fuerint ea, quæ ſunt ordinata, & diſſimulent & non vindicent, ſed quadam videlicet humanitate non laudabili capti fuerint, præter cœleſtes pœnas habebunt, & illinc condemnationem, quæ illis in ipſo Dei repræſentabitur Tribunali, quæ inde-

indecentem diſſimulationem arguet & vindicabit. L. certiſſimè. 34. §. verùm iſta. 6. C. de Epiſcopali audient.

Quapropter juſtum non fuerit, ut omnes nos opulentiam bonitatis ac tolerantiæ, & longanimitatis benigni Dei contemnamus, ne in obduratum & pœnitentiam refugiens cor noſtrum iram nobis in die iræ accumulemus. Novell. 141. in præfat.

Quæ tamen ita ſine defectu & confuſione noſtri corporis eſt aſſumpta noſtra ſubſtantia, ut in eadem carne Dei filius mundum examinaturus adveniat, oculis omnium, vulnerum & clavorum indicia, repræſentans, ſicut ſcriptum eſt ; Videbunt, in quem pupugerunt. Anaſtaſ. Imper. de fid. Cathol. anno 516. n. 2. apud Goldaſt. Tom. 3. Conſt. Imper.

*(c)* De Trinitate, utrum Spiritus Sanctus, ſicut procedit à Patre, ita procedat à filio, Patres in præſentia regis definierunt, Proceſſionem Spiritus Sancti ex Patre & Filio, æquè fieri, ideoq; rectè in ſymbolo adjectum eſſe Filioq; Pipin. Aug. Decret. Eccleſiaſt. in Comit. anno 767. n. 2. apud Goldaſt, Tom. 1. Conſt. Imper.

*(d)* Firmâ fide tenendum eſt unam eſſe in terris veram atq; Catholicam Chriſti Eccleſiam, eamque viſibilem, quæ ab Apoſtolis fundata, in hanc uſque ætatem noſtram perdurans retinet, & ſuſcipit, quicquid de fide & religione tradidit, tradit, & traditura eſt Cathedra Petri, ſupra quam ita & à Chriſto ſuo Sponſo eſt ædificata, ut in his, quæ fidei ſunt & religionis errare non poſſit. Carol. V. 1545. in confir. art. Lovanien. art. 21. Gold. d. tom. 1. Conſt. Imper.

Prædicamus unam ſanctam Dei Eccleſiam, toto orbe diffuſam, locis ſeparatam, fide & charitate conjunctam & veram remiſſionem peccatorum, in eadem Eccleſia ſive per baptiſmum ſive per pœnitentiam conſt. Car. Mag. II. Francof. Anno 794. §. 23. Gold. Tom. 1. Conſt. Imp.

*(e)* Si quis rebaptizare quempiam de miniſtris Catholicæ Sectæ fuerit detectus : unà cum eo, qui piaculare crimen commiſit, (ſi tamen criminis per ætatem capax ſit) & hic, cui perſuaſum ſit, ultimo ſupplicio percellatur. tot. tit. C. Ne ſanct. Baptis. iteretur.

*(f)* Credimus & omnes homines reſurrecturos eſſe, & ſingulos ſecundum ſua opera judicari, impios æternis ſupplicijs damnandos

nandos cum diabolo & angelis ejus. Sanctos verò æternâ gloriâ coronandos, cum Chriſto & ſanctis Angelis ejus in ſæcula ſempiterna. Carol. Magn. Francofurt. §. 24. Anno 794. Goldaſt. tom. 1. Conſtit. Imper.

# TRADITIONES ECCLESIASTICÆ.

## §. 2.

*Apoſtolicas & Eccleſiaſticas Traditiones*, (a) *reliquasq; ejusdem Eccleſiæ obſervationes & conſtitutiones* (b) *firmiſſimè admitto & amplector*.

(*a*) Ac Reverendiſſimi ſacrorum Monaſteriorum Archimandritæ ſequentes Sanctorum Patrum traditionem, ea ſcilicet fide, ut nihil penitus immutaverint, vel immutent (ſicut dictum fuit) de Eccleſiaſtico ſtatu, qui hactenus obtinuit &c. L. cognoſcere volentes, vel, ut aliæ impreſſiones habent, cùm velimus 7. §. Ac Reverendiſs. 2. C. de ſummâ Trinit. & Fide Cath. Nos ſequentes Sanctorum Apoſtolorum, & eorum, qui poſt eos in ſanctis Dei Eccleſijs converſati ſunt dogmata, juſtum fore exiſtimavimus, cunctis manifeſtum facere, qualiter de fide, quæ in nobis eſt, ſentiamus, inſiſtentes & adhærentes traditioni & confeſſioni Sanctæ Dei Eccleſiæ Catholicæ. L. cùm recta. 5. in pr. C. de ſummâ Trin. & Fide Cathol.

Et ad hoc omnes qui non ſunt membrum Sanctæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, in quâ omnes concorditer ſanctiſſimi Epiſcopi, & totius orbis terrarum Patriarchæ, & Heſperiæ, & Romæ, & hujus regiæ Civitatis, & Alexandriæ & Theopoleos, & Hieroſolymorum, & omnes qui ſub eis conſtituti ſunt ſanctiſſimi Epiſcopi, & Apoſtolicam prædicant fidem atque Traditionem. Novella 109. pr.

Nos igitur maximam habemus ſolicitudinem circa vera Dei dogmata & circa Sacerdotum honeſtatem: quam illis obtinentibus credimus, quia per eam maxima nobis dona dabuntur à Deo, & ea quæ

ſunt firma habebimus: & quæ nondum hactenus venerunt, acquiremus. Bene autem univerſa geruntur & competenter, ſi rei principium fiat decens & amabile Deo. Hoc autem futurum eſſe credimus, ſi ſacrarum regularum obſervatio cuſtodiatur, quam juſti & laudandi & adorandi inſpectores & miniſtri Dei verbi tradiderunt Apoſtoli, & ſancti Patres cuſtodierunt & explanaverunt. Novell. 6. in præfat.

Sed etiam ſic eum conſtitutum, & ad Epiſcopatum præparatum, competens eſt, venerabiles, & undiq; probatas legere regulas ante ordinationem, quas recta & inviolata noſtra ſuſcipit fides, & Catholica Dei Apoſtolicaque diſpoſuit & tradidit Eccleſia, &c. Rectè dictum eſt oportere ſacras regulas pro Legibus valere. Novell. 6. cap. 1. §. Sed etiam. 8.

Nihil enim aliud præcipi volumus, quàm quæ Evangeliorum & Apoſtolorum fides & TRADITIO incorrupta ſervat, ſicut & Lege divali parentum noſtrorum Conſtantini, Conſtantii, Valentiniani decreta ſunt L. Eorum. C. Theodoſian. Ne ſanct. Baptis. iter.

(*b*) Dei igitur intelligentes & animo infigentes judicium: ſingulorum quæ nobis delata ſunt, inquiſitionem ſimul & correctionem juſſimus canonicè procedere. Si enim illa quæ à Laicis peccantur, generales leges non concedunt extra inquiſitionem & vindictam manere, quomodo à ſanctis Apoſtolis & Patribus ſuper omnium hominum ſalute canonicè ſtatuta deſpici patiemur? Sanè multos ex eo maximè deprehendimus in peccata fuiſſe prolapſos, quòd non ſunt factæ Synodi ſanctiſſimorum Sacerdotum juxta ea, quæ á ſanctis Apoſtolis & Patribus definita ſunt. Si enim hoc fuiſſet obſervatum, quilibet metuens gravem in Synodo accuſationem, ſtuduiſſet utique & ſacras ediſcere liturgias, & temperanter vivere, ne condemnationi divinorum Canonum ſubjaceret. Novell. 173. cap. 1. Quum decenter inde ab initio de iis, qui faciendis Deo ſacris digni eſſent, Eccleſiaſticus ordo conſtituerit, non rectè (meo quidem judicio) qui præſentis temporis conſuetudinem ſequuntur, interdum Eccleſiaſticam traditionem contemnunt. Novell. Imper. Leonis 3. Imperavit Anno 716. &c.

# SACRA SCRIPTVRA juxta ſenſum Eccleſiæ interpretanda.

## §. 3.

*Item, Sacram Scripturam, juxta eum ſenſum, quem tenuit & tenet ſancta* (a) *mater Eccleſia, cujus eſt judicare* (b) *de vero ſenſu, & interpretatione Scripturarum, admitto: nec eam unquam, niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor.*

(*a*) Ea enim quæ ad Beatiſſimæ Eccleſiæ jura pertinent, vel poſthac forte pervenerint, tanquam ipſam ſacroſanctam & religioſam Eccleſiam, intacta convenit venerabiliter cuſtodiri: ut ſicut ipſa religionis & fidei mater perpetua eſt, ita ejus patrimonium jugiter ſervetur illæſum. L. Jubemus. 14. pr. C. de Sacroſanct. Eccleſiis.

Quocirca vos ſpirituali Matri Eccleſiæ adjungite, atque ſecundum unam ſolamque fidei deciſionem trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum nobiſcum una divina in ea communione fruimini, nam ſacroſancta veſtra Mater Eccleſia tum vos ingenuos ſuos filios amplecti cupit, tum veſtram diu optatam dulcemque vocem audire deſiderat: propere igitur ad eam vos recipite, nam ſi hoc præſtiteritis, non modò Domini Salvatoris & Dei noſtri Jeſu Chriſti benevolentiam vobis conciliabitis, verùm etiam à noſtra Celſitudine magnam laudem conſequemini. Zenon Imp. de pac. & reconc. Eccleſ. Anno 482. in fin. Goldaſt. Tom. 3. Conſtit. Imper.

Cùm itaque ſacroſancta Conſtantienſis Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata univerſalem Eccleſiam Matrem noſtram repræſentans pro bono unionis in Eccleſia ſancta Dei conſequenda feliciter laborans, ac celeri (in quantum occurrentium caſuum qualitas, aliarumque circumſtantiarum neceſſitas & præſentium temporum diſpoſitio patitur) uniri, veri & indubitati ſummi Pontificis, electio-

electione favente Domino celebranda, ut dum ad ædificationem Patris, Filii ſponſique ejusdem Matris ſanctæ Eccleſiæ votivam enititur. Sigismund. Imper. Anno 1415. §. 2. apud Goldaſt. tom. 3. Conſtit. Imper. Vid. Reichs Abſchied zu Regenſpurg 1546.

(b) Cùm adveniſſem in urbem Romanam ad divinitatem placandam, ſequenti die ad Baſilicam Apoſtoli Petri poceſſi, & illic poſt venerabilem noctem dicti Apoſtoli & à Romano Epiſcopo & aliis cum eo ex diverſis provinciis congregatis, rogatus ſum ſcribere veſtræ manſuetudini de fide, quæ cùm ſit conſervatrix omnium fidelium animarum dicitur perturbata, quam nos à noſtris majoribus traditam debemus cum omni competenti devotione defendere, & dignitatem propriæ venerationis B. Apoſtolo Petro intemeratam & à noſtris temporibus conſervare, quatenus beatiſſimus Romanæ civitatis Epiſcopus, cui Principatum ſacerdotii ſuper omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide & ſacerdotibus judicare, Domine ſanctiſſime Pater, & venerabilis Imperator. Hâc enim gratiâ ſecundùm ſolemnitatem Conciliorum & Conſtantinopolitanus Epiſcopus cum per libellos appellavit propter contentionem, quæ eſt orta de fide. Valentin. 3. Anno 449. apud Goldaſt. Tom. 3. Conſtit. Imper.

Victor Marcianus glorioſus Triumphator ſemper Auguſtus, Leoni reverendiſſimo Archiepiſcopo glorioſæ civitatis Romæ.

Ad hoc maximum Imperium venimus Dei providentia & electione Senatus excellentiſſimi cunctæque militiæ. Unde pro reverenda & Catholica Religione Chriſtianæ fidei, cujus auxiliis virtutem noſtræ potentiæ confidimus gubernari, tuam ſanctitatem principatum in Epiſcopatu divinæ fidei poſſidentem, ſacris literis principio juſtum credimus alloquendum, invitantes atque rogantes, ut pro firmitate & ſtatu noſtri Imperii æternam divinitatem tua ſanctitas deprecetur, ut & tale propoſitum atque deſiderium habeamus, quatenus omni impio errore ſublato per celebrandam Synodum te auctore maxima pax circa omnes Epiſcopos fidei Catholicæ fiat ab omni ſcelere pura & intemerata conſiſtens. Marcian. Aug. de Electión. Imper. & celebrat. Concil. univerſ. Anno 450. Goldaſt. d. tom. 3.

Es ſollen auch vnſere Statthalter vnd Regiment / darzu Churfürſten / Fürſten / Prælaten / Graffen vnd Stände deß Reichs / daneben mit ſonderm hohen Fleiß vnd Auffmercken verſehen / daß mittler Zeit das heilige Evangelium vnd Gottes Wort / nach rechtem wahren Verſtand / vnd Außlegung der von gemeinen Kirchen angenommenen Lehrern / ohne Auffruhr vnd Ergernuß / geprediget vnd gelehrt werden. Reichs Abſchied zu Nürnberg 1524. §. Vnd iſt darauff. Augſpurg 1525. §. Vnd nach dem. Speyer 1529. §. Vnd als. zu Nürnberg.

Sondern iſt vnſer Will / Gemüt vnd Meinung / daß die Prediger das Evangelion / nach Außlegung der H. Schrifft vnd Lehrer / von der gemeinen heiligen Chriſtlichen Kirchen approbirt vnd angenommen / predigen vnd lehren / ꝛc. Abſchied deß Reichstags zu Augſpurg 1530. §. Wir haben vns.

Vnd eben wie die Kirchen dieſer Ding halben Gewalt vnd Macht allwegen gehabt / alſo hat ſie auch Gewalt die Schrifft außzulegen / vnd ſonderlich auß jhnen die Lehren zu nehmen / vnd zu erklären ; Seitemahl der heilige Geiſt bey jhr iſt / vnd leitet ſie in aller Warheit / ꝛc. Reichs Abſchied in Erklärung wegen der Religion / tit. Von dem Gewalt vnd authorität der Kirchen. §. Vnd eben / ꝛc. Anno 1548.

(Et infra.) Diß glaubt vnd bezeugt die allgemeine Kirch in der Außſpendung dieſer Geheimnuß / welche die beſte Außlegerin iſt der Geheimnuſſen Gottes. Reichs Abſchied zu Augſpurg / in bemeldter Erklärung / tit. von der Firmung. §. Vnd wiewol. in fin. & 1530. vnd Regenſpurg 1532.

SACRA-

# SACRAMENTA NOVÆ Legis eſſe ſeptem.

## §. 4.

*Profiteor quoq́ſ ſeptem (a) eſſe verè & propriè Sacramenta novæ Legis, à Jeſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atq́ſ ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis, neceſſaria: ſcilicet, Baptismum, (b) Confirmationem, (c) Eucharistiam, (d) Pœnitentiam, (e) Extremam unctionem, (f) Ordinem, (g) Matrimonium, (h) Illaq́ſ gratiam (i) conferre: Et ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, ſine ſacrilegio reiterari (k) non poſſe. Receptos quoq́ſ & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, (l) in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio & admitto.*

(*a*) Sanè neminem Veſtrûm ignorare exiſtimamus, quibus erroribus & hæreſibus ab orthodoxâ fide alienis Frater Martinus Lutherus Ord. S. Auguſt. Religionem Chriſtianam in hac præſertim inclyta Germanicâ natione omnis infidelitatis & hæreſum perpetuâ oppugnatrice ita inficere conetur. (& infra) In quibus, bone Deus, obſervatum ab Eccleſiâ tot ſæculis ſeptem Sacramentorum numerum, ordinem, uſum diſſipat, confundit, deturpat. Carol. V. in Edict. Wormat, anno 1521. Goldaſt. tom. 1. Conſtit. Imper.

Credendum eſt ſeptem eſſe Eccleſiæ, Sacramenta, à Chriſto inſtituta, quæ ſunt Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordo & Matrimonium. Carol. V. in Confirm. art. Lovan. art. 1. anno 1545. Goldaſt. d. tom. 1.

**Vnd ſonderlich/ſoll es mit den ſieben H. Sacramenten/vnd Ceremonien derſelben allenhalben/wie in der Chriſtlichen Kir-**

chen von alters herkommen / vnnd vor diſer Zwyſpaltung gebraucht worden iſt/gehalten werden/vnd alle Newerung abgeſtellt ſeyn. ReichsAbſchied zu Augſpurg 1530. §. vnd ſonderlich ꝛc.

Die Sacrament ſeynd fürnemblich vmb zweyerley Vrſachen willen/auß Göttlicher Authoritet eingeſetzt / ꝛc. Poſt pauca. Nemblich durch die Tauff / Firmung / Sacrament deß Altars / Buß / die letzte Oelung / PrieſterAmbt / vnd Eheſtand. Röm: Kayſ. Mtt. Erklärung zu Augſpurg 1548. publicirt, vnd von gemeinen Ständen angenommen. Von Sacramenten in gemein. §. Die Sacrament / ꝛc.

## BAPTISMUS.

(*b*) Qui poſt ſanctum Baptiſmum in errore paganorum manent, ultimo ſupplicio plectuntur. Qui verò nondum ſunt baptizati: ipſi cum liberis & conjugibus, & omnibus ſuis perducant ſe ad ſanctas Eccleſias & ſuos parvulos liberos ſine morâ baptizari curent: majores verò prius ſcripturas ſecundum Canones doceantur. L. ult. in pr. junct. §. 1. C. de Pagan. & Sacrific. & Templis.

Verùm ea illa eſt abſurditas, ut oratione non indigeat. Talem enim mulierem incredulam reformationeq; deſtitutam decedere, & iſtiuſmodi ob cauſam, pro eo quòd inter ſervandos collocanda eſſet, in perditorum damnatorumq; locum reijci quomodo fas, Deóve, qui per fidem in ipſum & in aquâ Spirituq; regenerationem, ſalutem donat, non grave atque acerbum eſt? &c. Verùm hæc obtineant, ſi nulla neceſſitas, quæ mortem minetur, exiſtat. At ſi periculum aliquod emergens vim vitæ inferat; omni diligentiâ omnibuſq; viribus etiam intra octavam diem ſacram lotionem peragi oportebit, ne non illuminatus, neque ſacri lavacri atque adeò ſummi boni expers partus decedat. Novell. Imper. Leonis 17. Imperavit Anno 716.

Baptiſmus ad ſalutem omnibus eſt neceſſarius etiam infantibus, per quem peccata plenè tolluntur, & fiunt filij Dei ac hæredes vitæ æternæ nec unquam reiterandus. Carol. V. in confir. art. Lovan.

art. 2.

art. 2. Goldaſt. Tom. 1. Conſt. Imper. Vid. R. A. zu Augſpurg 1548.

# CONFIRMATIO.

(c) Dictum nobis eſt, quod quidam de plebe bis aut ter ab Epiſcopis ignorantibus tamen confirmantur. Unde nobis viſum eſt eandem Confirmationem ſicut nec Baptiſmum iterari minimè debere, quia qui bis aut amplius baptizantur, vel confirmantur, non ſæculo, ſed ſoli Deo ſub habitu regulari, vel clericali religioſiſſimè famulari decretum eſt. Ludovicus Pius in Comit. Aquisgran. anno 818. Goldaſt. tom. 3. Conſtit. Imper.

Hoc admonendum vel denunciandum fidelibus neceſſario prævidimus, ut hi qui fidem Chriſti expetunt, & provectæ ætatis ſunt, priuſquam ad Baptiſmum accedant inſtruantur, & de fidei & baptiſſmatis Sacramento: Similiter & illi inſtruendi ſunt, qui parvulos de ſacro fonte ſuſcipere voluerint, ut intelligant & vim ejuſdem Sacramenti, & quid pro alijs ſpoponderint, vel pro quo fidejuſſores extiterint. Illos tamen ſpecialiter ab his officijs removendos judicamus, ne alios de ſacroſancto fonte baptiſmatis ſuſcipiant, nec etiam ad percipiendum Sancti Spiritus donum aliorum patrini exiſtant, qui & communione canonica privati, aut pœnitentiæ publicæ ſunt ſubjecti, donec per pœnitentiæ ſatisfactionem reconciliationem mereantur. Quos enim Lex divina, & auctoritas Canonica ab Eccleſiarum limitibus, & à Caſtris militaribus, ne ruina ſint populi, ſequeſtrat, multo magis ab his ſacris officijs uſque ad tempus pœnitentiæ, ut jam dictum eſt peractum, ſunt ſequeſtrandi. Ludovic. Pius Imp. anno 820, Goldaſt. tom. 3. Conſtit. Imper.

Confirmatio & Extrema Unctio Sacramenta ſunt à Chriſto inſtituta, ſed non ut duo præcedentia ad ſalutem neceſſaria, ex contemptu tamen illa omittere mortale peccatum eſt. Carol. V. in Confirm. art. Lovan. art. 12. 1545. Goldaſt. tom. 1. Conſt. Imper.

Vnd wiewol das Sacrament der Firmung im anfang allein mit aufflegung der Hände gebraucht worden/ſo hat doch die Kirch bald mit der Apoſtel zeit/auß angebung derſelben/daß ſie mit

ſie mit dem äuſſerlichen Zeichen die jnnerliche Salbung deß H. Geiſtes anzeigte/ das Chrißma darzu gethan/mit andruckung deß Zeichens deß H. Creutzes / welche gewohnheit vnd weyſe/ die allgemeine Kirche nicht auffhöret (nach dem die gantz alt iſt) zu beſtättigen/ vnd glaubet/ daß Gott alle ſeine Diener/die Er durchs Waſſer vnd Geiſt neugebohrn hat/ auch mit diſem Sacrament dermaſſen zeichen laſſe/daß ſie empfahen den ſiben-fältigen H. Geiſt / den Tröſter vom Himmel / den Geiſt der Weißheit vnd Verſtand / den Geiſt deß Raths vnd der Stär-cke/ den Geiſt der Erkandtnuß der Gottſeligkeit vnd der Forcht deß HErrn. Caroli V. Erklärung zu Augſpurg 1548. er-öffnet/ vnd von gemeinen Ständen angenommen. Von der Firmung §. Vnd wiewol. Wir gebietten vnd wollen auch/daß der Kinder vnd anderer Chriſtlicher Menſchen Firmung deß-gleichen den Sterbenden die Oelung nicht vnderlaſſen / ſon-dern allermaſſen wie bißhero in der Chriſtlichen Kirchen gehal-ten worden iſt / auch feſtiglich gehalten vnd gebraucht werde. Reichs Abſchied zu Augſpurg Anno 1530. §. wir gebieten.

## EUCHARISTIA.

(*d*) Igitur ſacram communionem in Catholicâ Eccleſiâ non percipientes à Deo amabilibus Sacerdotibus, hæreticos juſtè voca-mus: Nam licet nomen Chriſtianorum ſibimet impoſuerint: atta-men à Chriſtianorum ſe fide & communione ſeparant, Dei judicio ſemetipſos ſubdi cognoſcentes: Novell. 109. præfat. in fin.

Qui enim ſeparant ſe à Sanctâ Dei Catholicâ & Apoſtolicâ Eccleſiâ, & ſacroſanctam in eâ communionem percipere non pa-tiuntur à Deo amabilibus Sacerdotibus, nolumus omnino talibus frui privilegijs. Sic enim ſe ſeparant à Dei muneribus & à ſacra communione alienos faciunt. Novell. 109. c. 1. Unde competens eſt, & iudices, apud quos aliquæ movebuntur contra mulieres cau-ſæ, aut à mulieribus quædam privilegia ſibi vindicare volentibus, reſpi-

reſpicere ad præſentis noſtræ legis ſubtilitatem: & ſi non invenerint eas Orthodoxæ fidei exiſtentes, & percipientes Sacroſanctam & adorabilem communionem in ſanctiſſima Catholica Eccleſia & Apoſtolica à venerandiſſimis ejus Sacerdotibus: non permittere frui ex noſtris conſtitutionibus privilegijs. Novell. 109. cap. 2.

In ſanctiſſimis Eccleſijs celebratur ſacrum miniſterium: Sacra quippe legitur Scriptura, & Sacroſancta & ineffabilis communio traditur. Vel ut aliæ impreſſiones habent: In quibus (ſc. monaſterijs) & altare collocatum eſt, & ſacrum exhibitum miniſterium, quale moris eſt in ſanctiſſimis Eccleſijs celebrari, ſacris quippe lectis Scripturis & Sacroſancta & ineffabili communione tradita. Nov. 7. cap. 11. Ille enim (Judas) cùm putaſſet latere eum, qui occulta hominum cognoſcit, Sacramentis communicavit cum Apoſtolis: ſed tamen nihil ei profuit, quòd cum dolo communicavit: ſed licet poſt mortem ejus duodecim nominati ſint diſcipuli, ſicut Joannes Evangeliſta dicit: Thomas autem, qui Didymus dicebatur, unus ex duodecim non erat cum ipſis, quando venerat Jesus: tamen hoc non liberat Judam à condemnatione aut connumerari facit Apoſtolis. Unde poſt Aſcenſionem Domini Apoſtoli per ſuam ſententiam eundem Judam etiam poſt mortem condemnaverunt, & alium pro illo introduxerunt. Juſtinian. edict. ad pop. Conſtantinop. quod miſit ad Joan. II. Papam §. quod autem ad condemnationem.

Sanè neminem veſtrum ignorare exiſtimamus, quibus erroribus & hæreſibus ab Orthodoxâ fide longè alienis quidam Frater Martinus Lutherus Ord. S. Auguſt. Religionem Chriſtianam in hac præſertim inclytâ Germanica natione, omnis infidelitatis ac hæreſum perpetuâ oppugnatrice (poſt pauca) Porro Sacerdotalem Ordinem, & per quod Sacroſanctum Chriſti corpus ſanguiſque conficitur, divinum illud munus claviumq; cœleſtium poteſtatem, non ſolum viliſſimi pendit Lutherus, & Laicis puerisq;, atq; adeò fæminis ipſis communia facit. Carol. V. in Edict. Wormat. cont. Luther. Ann. 1521. §. 2. in pr. & §. 3. in med. Goldaſt. tom. 1. Conſt. Imper.

Darumb iſt hoch zu loben die gewohnheit der Kirchen/ die den Menſchen nicht ehe führet zu dem Sacrament deß Altars/

 es ſey

er ſey dann zuvor durch das Sacrament der Buß gereinigt. R. A. zu Augſpurg / in der Erklärung wegen der Religion. 1548. art. von dem Sacrament deß Altars/ §. Darumb ſoll man.

# POENITENTIA.

(e) Sed & hoc emendatione indigere perſpeximus, quòd quidam dum confitentur peccata ſua Sacerdotibus, non plenè id faciunt. Quia ergo conſtat hominem ex duabus eſſe ſubſtantijs, anima videlicet & corpore, & interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur, ſolerti indagatione debent inquiri ipſa peccata, ut ex utriſque plena fiat Confeſſio, ſcilicet ut & ea confiteantur, quæ per corpus geſta ſunt, & ea quibus ſolâ cogitatione delinquitur. Inſtruendus eſt itaque peccatorum ſuorum confeſſor, ut docte principalibus vitijs, ſine quibus in hac vitâ difficile vivitur confeſſionem faciat, quia aut cogitatione, aut quod & gravius opere eorum inſtinctu peccavit. Odium etenim, invidia, ſuperbia, vel ceteræ hujuſmodi animæ peſtes tanto periculoſius lædunt, quantò ſubtilius ſerpunt. Ludovic. Pius in Comit. Aquisgran. anno 818. §. ſed & hoc 29. Goldaſt. Tom. 3. Conſtit. Imper.

Archigerontes, diœcetæq; ergaſiotanorum: non niſi Chriſtiani dirigantur. quod officium tuum ſollicitis obſervet excubijs. Vid. quomodo Bald. & Salic. ſumant hanc legem. Archigerontes 5. C. de Epiſcopal. audient. Cum ſemper omnes benignitate, ac bonitate Dei indigeamus: tum verò maximè hoc tempore, cùm propter peccatorum noſtrorum multitudinem varijs ipſum modis ad iracundiam provocavimus. Et quanquam minatus eſt, & clarè oſtendit, quibus ſecundum peccata noſtra digni eſſemus: tamen clementer nobiſcum egit, iramq́, ſuam in aliud tempus reiecit, noſtram expectans pœnitentiam, ut qui nolit mortem, noſtram peccatorum, ſed converſionem & vitam. Quapropter juſtum non fuerit, ut omnes nos opulentiam bonitatis, ac tolerantiæ, & longanimitatis benigni Dei contemnamus, ne in obduratum & pœnitentiam refugiens cor noſtrum, iram nobis in die iræ accumulemus. Novell. 141. in præfat.

Scimus

Scimus etenim ſacris Scripturis edocti, quàm juſtum Deus ſupplicium his, qui olim in Sodomis habitabant, propter hunc ipſum in commiſtione furorem intulerit, ut in hunc uſque diem ea terra igni conflagret inextinguibili: Deo per hoc nos erudiente, ut legibus contrariam hanc actionem averſemur. Rurſum ſcimus, qualia de hujuſmodi Divus dicat Apoſtolus, qualiaq; Reipub. noſtræ leges promulgent. Unde omnes, qui timori Dei intenti ſunt, convenit, ut à tam impiâ & ſceleſtâ actione abſtineant, quam ne in brutis quidem animantibus admiſſam reperire eſt. Et qui quidem nihil tale ſibi conſcij ſunt, hi & in poſterum eo ſe pacto conſervent. Qui verò hoc morbi genere contabuerunt: illi non ſolùm de cetero peccare deſinant, ſed etiam rite agant pœnitentiam, & coram Deo procidant, & morbum beatiſſimo Patriarchæ renuntient, rationemq; curationis percipiant, & (prout ſcriptum eſt) fructus producant pœnitentiæ, ut benignus Devs pro opulentiâ miſerationum ſuarum dignetur nos quoque benignitate: & omnes illi agamus gratias de pœnitentium ſalute, quos modò juſſimus, ut etiam magiſtratus perſequerentur, conciliantes ſibi Devm, qui meritò nobis iraſcitur. Et quidem ſcientes prudenteſq; ad ſânctorum dierum reverentiam benignum Deum obſecramus, ut ita hi, qui impiæ hujus actionis cæno coinquinati ſunt, pœnitentiam capeſſant, ne alia nobis perſequendi ejus flagitij præbeatur occaſio. Prædicimus autem omnibus deinceps, qui hujuſmodi alicujus ſibi peccati conſcij ſunt, niſi peccare deſierint, & ſeipſos renunciantes beatiſs. Patriarchæ, ſalutis ſuæ curam geſſerint, pro tam impijs actionibus Deum intra ſanctum feſtum placantes: quod acerbiora ſibi accerſent ſupplicia, nimirum qui nullâ de cetero veniâ digni habebuntur. Neque enim de ejus rei inquiſitione ac correctione quidquam relaxabitur negligentiusvé tractabitur contra eos, qui intra ſanctum feſtum ſe non detulerint, aut in tam impiâ actione perſtiterint. Novell. 141. cap. 1.

Gremium ſuum nunquam redeuntibus claudit Eccleſia. L. inter claras §. Liquet igitur. C. de ſum. Trin. & fid. Cath. Hi, qui ſanctam fidem prodiderunt, & ſanctum baptiſma hæreticâ ſuperſtitione profanarunt nec flagitium horum obliterabitur pœnitentia: (& in fine) Lapſis etenim, & errantibus ſubvenitur, perditis verò nullo

remedio pœnitentiæ ( quæ ſolet alijs criminibus adeſſe ) ſuccurritur. L. Hi qui ſanctam. C. de Apoſtat.

Quoniam Dei miſericordia non perditionem, ſed converſionem & ſalutem vult, & delinquentes, qui corriguntur, ſuſcipit Deus: ideo nos omnes invitamus Dei timorem in ſenſibus accipere, & invocare ejus placationem, & novimus, quia omnes, qui Dominum diligunt, & miſericordiam ejus ſuſtinent, hoc faciunt. Igitur quoniam quidam diabolica inſtigatione comprehenſi, & graviſſimis luxurijs ſemetipſos inſerunt, & ipſi naturæ contraria agunt: iſtis injungimus in ſenſibus accipere Dei timorem & futurum judicium, &c. Nov. 77. in præfat. & cap. 1.

Sanè neminem veſtrum ignorare exiſtimamus, quibus erroribus & hæreſibus ab Orthodoxa fide longè alienis quidam Frater Martinus Lutherus Ord. S. Auguſt. Religionem Chriſtianam in hac præſertim inclyta natione Germanicâ. ( Poſt pauca ) At ſaluberrimam contaminatis peccato mentibus confeſſionem primum ita involuit, ut confuſionem eam ex Confeſſione fecerit, mox etiam magnâ in parte convellit; poſtremò adhuc peiora ſe de eâ ſcripturum minatur. Unde nonnulli jam, uti accepimus, quod vel auditu eſt intolerabile, ſumptâ hinc occaſione de Confeſſionis inſtituto & modo cæperint ſubdubitare: alij mutilatam & truncam fecerint; alij prô ſcelus! & confiteri ipſi deſtiterint & nequaquam eſſe confitendum publicè aſſerere ſint auſi. Carol. V. in antecitat. Edict. Wormat. cont. Luth. Gold. d. tom. 1. Conſt. Imper.

Pœnitentiæ Sacramentum, quod poſt Baptiſmum omnibus relapſis ad ſalutem eſt neceſſarium, complectitur Contritionem, Confeſſionem, & ſatisfactionem art. 3. ( & infrà ) Confeſſurus legitimam diligentiam adhibere debet, quo Sacerdoti judici ſuo manifeſtè omnia ſua peccata mortalia, etiam occulta cordis, ut ab ipſis per ipſum abſolvatur, cujus abſolutionis miniſter eſt ſolus Sacerdos ſecundum Eccleſiæ ritum conſecratus. §. 5. Carol. V. in confirm. art. Lovanien. anno 1545. Goldaſt. tom. 1. Conſtit. Imper.

Vnd nach dem die Menſchen / ſo newgebohren ſeynd / offt in ſchwere Sünde fallen / ſo hat Chriſtus das Sacrament der

Buß

Buß eingeſetzt/daß es vns wäre nach der Tauff/wie das ander Brett im Schiffbruch / dann zu dieſem Gebrauch hat er geben den Schlüſſel auffzulöſen/ da er ſprach: Nehmet hin den heiligen Geiſt/welchem jhr die Sünde verzeihet/dem ſollẽ ſie verziehen ſeyn; dann alsbald der Sünder ſein Sünde von Hertzen gerewen/vnd daß er mit gantzem Vertrawen zu dem Thron der Gnaden vnd Barmhertzigkeit gehet/ vnd glaubt/ daß er in dieſem Sacrament empfahe / das Chriſtus zugeſagt hat / ſo geſchicht jhm wie er glaubt/dann diß Sacrament hat/was dabey zugeſagt iſt/ vnd wie die andern Sacrament/ alſo hat auch diß die Krafft zu heiligen. Diß Sacrament ſtehet aber in der Abſolution deß Prieſters / welche gegründet iſt in der Einſätzung vnd dem Wort Chriſti / der zu dieſem Ding ſein Gewalt den Prieſtern befihlt/da er ſpricht: Wie mich mein Vatter geſandt hat / alſo ſende ich euch; Wem jhr die Sünde vergebet/ dem ſeynd ſie vergeben. Carol.V. Erklärung zu Augſpurg 1548. eröffnet/ vnd von gemeinen Ständen angenommen. art. vom Sacrament der Buß.

## EXTREMA UNCTIO.

*(f)* Sanè neminem ignorare exiſtimamus, quibus erroribus & hæreſibus ab orthodoxa fide longè alienis, quidam frater Martinus Lutherus Religionem Chriſtianam in hac præſertim inclyta Germanicâ Natione. (Et poſt pauca) Extremam unctionem cum Wiclephio fictionem dicit. Carol.V. in Edict.Wormat. contra Lutherum 1521. §. 3. circ. med. ref. Goldaſt.tom.1.Conſt.Imper.

Vnd wiewol dieſe Sacrament / dieweil wir in dieſem Leben ſeynd/allweg nutzlich/vnd ſo offt vns vonnöthen/gebraucht werden / doch auff daß der Menſch in ſeiner Kranckheit nicht ohn beſonder Hülff Mangel hätt/ welche in ſeiner gefährlichen Zeit / entweder ſeinem Leib möcht zu hülff kommen/ oder ſeine

Seel ſtärcken/wieder die fewrige Pfeil deß Sathans/ ſo iſt eingeſetzt die H. Oelung / darzu das Gebett der Kirchen kommen ſoll. Dieſe Oelung haben erſtlich die Apoſtel gebraucht/welche auß Befehl deß HErꝛn außgeſchickt/zu predigen das Evangelium / die Teuffel außtreiben / vnd ſalbeten mit Oel die Krancken/vnd wurden geſund. Welche Salbung ohne Zweiffel Sacramentlich vnd ein Geheimnuß / nicht als ein Artzney / oder leiblich gewesen iſt / zu welcher im Anfang deß Glaubens auch die äuſſerliche Geſundheit deß Leibs / als ein ſonderlich Zeichen der innerlichen Geſundheit/erfolgt iſt. Carol.V. Erklärung zu Augſpurg 1548. eröffnet / vnd von ſämptlichen Ständen angenommen. art. Von der heiligen Oelung. §. Die Sacrament: in med. Ita quoque. Reichs Abſchied 1530. §. Wir gebieten/ꝛc.

# O R D O.

(g) Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, atque Exorciſtas, & lectores, Oſtiarios, & Acolythos etiam, perſonalium munerum expertes eſſe præcipimus. L. Presbyteros 6. C. de Epiſcopis & Cleric.

Sacris canonibus neque Deo amantiſſimis presbyteris, neque reverendiſſimis Diaconis aut Subdiaconis nuptias contrahere poſt hujuſmodi ordinationem permittentibus, ſed ſolis reverendiſſimis Pſaltis & lectoribus id concedentibus: animadvertimus quoſdam deſpicientes quidem ſacros canones, pueros autem generantes ex quibuſdam mulieribus quibus conjungi ſecundum Sacerdotalem cenſuram non poſſunt. quoniam igitur pœna facinoris hujus in ſolâ Sacerdotij erat amiſſione: Sacros autem canones non minùs, quàm leges, valere, etiam noſtræ volunt leges: ſancimus obtinere in illis, & quæ ſacris viſa ſunt canonibus, perinde ac ſi civilibus inſcriptum eſſet legibus. L. Sacris 45. in pr. C. de Epiſcop. & Cleric.

Omnem adhibentes providentiam circa ſanctiſſimas Eccleſias in ho-

in honorem & gloriam ſanctiſſimæ & incorruptæ homouſiæ Trinitatis, per quam & nos & communem rempublicam ſalvos fore credimus, inſiſtentes etiam doctrinæ ſanctorum Apoſtolorum, de creandis irreprehenſibilibus Sacerdotibus, qui quidem ob id potiſſimum ordinantur, ut ſuis precibus benignitatem humaniſſimi Dei rebus acquirant communibus, &c. Si enim ſancti & glorioſi Apoſtoli Sacerdotium à Domino Chriſto Deo conſecuti, & qui bonis omnibus terram repleverunt, & ejus doctrinam omnibus impartiti ſunt, neq; ipſi vitæ ſuæ, quam in hoc mundo degebant, ſalutis noſtræ cauſa pepercerunt: quomodo æquum non fuerit, ut qui ſubingrediuntur eorum ordinem, & inſtituuntur ſanctiſſimarum Eccleſiarum Sacerdotes, purum habeant propoſitum, & pecunias contemnant, omnemque vitam ſuam ad clementiſſimum applicent Deum. Convenit igitur hujuſmodi eligi & ordinari Sacerdotes, quibus nec liberi ſint, nec nepotes, etenim fieri vix poteſt, ut vacans hujus quotidianæ vitæ curis, quas liberi creant parentibus maximas, omne ſtudiũ omnemq; cogitationem circa divinam Liturgiam & res Eccleſiaſticas conſumat. L. omnem 42. 100. & §. 1, C. de Epiſcop. & Cleric.

Et ſancimis neminem, neque Diaconum, neque Presbyterum, & multò magis neque Epiſcopum, (quod quidem & incredibile fortè videri poſſit: ut quorum in ordinationibus, preces ad Dominum mittuntut Chriſtum Deum noſtrum, & invocatio ſancti & adorandi ſit Spiritus, & eorum capitibus aut manibus imponuntur ſanctiſſima eorum, quæ apud nos ſunt, myſteriorum, ut ſcilicet ipſis ſenſoria omnia inſtrumenta pura fiant, & conſecrentur Deo. Neminem igitur horum audere de cetero & poſt divinam noſtram legem, aut cubicare (id eſt teſſeris & aliis ludere) quocunque aleæ genere aut ludo, aut ita ludentibus communicare. L. certiſſimè. 34. §. Et ſancimus. 3. C. de Epiſcop. audient.

Sancimus neminem omninò, neque curialem, neque taxeotam, epiſcopum, aut presbyterum, de cætero fieri: nihil attinente aut attingente hâc lege eos, qui ante eam hujusmodi ſacerdotio digni habiti ſunt: de cætero verò neminem omninò, qui ſupradictæ ſit fortunæ, ad prædictas conſecrationes aſcendere: & maximè ſi & jam antea miniſtraverat, aut taxeoticis ſervierat juſſionibus. Eum enim

qui

qui enutritus eſt in executionibus vehementibus (ſeu aſperis) & his, quæ ex ea re accidunt, peccatis, non utique æquum fuerit, modò quidem & illico eſſe taxeotam, & buleutam, facere omnium acerbiſſima, mox autem Sacerdotem ordinari. L. ſancimus. 53. pag. C. de Epiſcop. & Cleric.

Quæ ſemel Deo dedicata ſunt, ea deinceps auferri non oportere ſancitum eſt: idque non ſolùm in donariis, verùm multò etiam magis in hominibus, qui per ſacrum ordinem divinæ Majeſtati conſecrati ſunt, obſervandum eſt: tametſi (ut multi ſunt hominum lapſus,) è ſtatu in quem antequam honeſtè victuri, allecti erant peccatum Dominio in ipſos ſuſcepto, exturbet. Non approbantes igitur veteris legislatoris propoſitum, qui Sacerdotem, Diaconum, aut Hypodiaconum, ſi poſt aſſumptum ordinem mulieri in matrimonium jungatur omnino à clericali habitu diſcedere, atque ad profanam vitam reverti vult: illud decretum irritum facimus. Novell. Imperat. Leonis 79.

Presbyterum minorem triginta quinque annis fieri non permittimus: ſed neq; Diaconum vel Subdiaconum minorem viginti quinque annis, neque Lectorem minorem annis decem & octo: Item Epiſcopum minorem triginta quinque annis ordinari prohibemus. Auth. Presbyterum. C. de Epiſc. & Cleric, &c. *Item neq;* Diaconiſſam in ſancta Eccleſia, non ordinari præcipimus, quæ minor ſit annis quadraginta. Auth. Diaconiſſam. C. eod. tit.

Nulla niſi emenſis quinquaginta annis, ſecundum præceptum Apoſtoli ad Diaconiſſarum conſortium transferatur. L. Nulla. 9. C. de Epiſc. & Cleric.

In Eccleſiis, quæ in poſſeſſionibus (ut fieri adſolet) diverſorum, vicis etiam, vel quibuslibet locis ſint conſtitutæ, Clerici non ex alia poſſeſſione vel vico, ſed ex eo, ubi Eccleſiam eſſe conſtiterit, ordinentur. L. in Eccleſiis. 11. C. d. tit.

Sancimus, ne quis Epiſcopus, aut Viſitator, ſive circuitor, aut Presbyter, aut alius cujuscunque dignitatis Clericus per largitionem ordinetur. Et poſtea: Si verò quis inventus fuerit occaſione prædictarum ordinationum aliquid dediſſe vel accepiſſe: ſive Epiſcopus ſit, ſive Clericus, & eum qui præbuit, & eum qui accepit, extra Sacer-

dotium

dotium & Clerum fieri jubemus, ut poſthac Domini Dei ſubjaceant condemnationi. L. 41. ( in quibusdam Cod. 42. & alias in lib. prætermiſſor. Cod. Claſſe 1. habetur) §. Præterea ſancimus. 9. de Epiſc. & Cler. &c.

Qui ſine probatione imponit ordinationem, & ipſe quidem cadet de ſede ſacerdotali, reus autem erit Deo, qui præcipuè omnium quærit ſuorum Sacerdotum puritatem : Si tamen qui ordinationi contradicit, aut examinatione facta probetur calumniator, aut in ipſo principio neque in examinatione perſiſtere confidat, ſegreget iſtud in perpetuum à ſacra communione, is qui ordinationem facere vult, ut non ipſa falſitas impunita ſit. Sicuti enim bonam gloriam in eo, qui ordinandus ea, quærimus : ita etiam calumniam in eo, qui fruſtra aceuſavit, punimus. Nov. 6. cap. 1. §. ult. ſi quis.

Darumb iſt nun diß Sacrament eingeſetzt / mit dem Zeichen der Aufflegung der Händ / vnd mit andern Gebräuchen / die ſich zu dieſem Sacrament wol ziemen / auff daß die / ſo zu den Aemptern der Kirchen geweyhet werden / empfahen Gnade / dardurch ſie dieſelben Aempter zu verwalten geſchickt / tauglich vnd bequem würden ; daher gehört der Spruch deß Apoſtels zum Timotheo : Verachte nicht die Gnad / die dir geben iſt durch die Weiſſagung / mit aufflegung der Hände deß Prieſter-ampts / ꝛc. Et poſtea : Die Orden aber vnd Aempter / welche die allgemeine Kirchen erkennt / ſeynd dieſe ſieben : Der Prieſter / Evangelier / Epiſtler / Acoluthen / Leſer / Beſchwerer / vnd Thürhütter / welche Aempter / wie ſie vnterſcheiden ſeynd / alſo ſoll man als nöthig vnd nutzlich in der Kirchen außtheilen / alſo daß der übel an der Chriſtlichen Kirchen handelt / welcher dieſe Aempter verachtet vnd auffhebt. Carol. V. Erklärung zu Augſpurg 1548. eröffnet / vnd von gemeinen Ständen angenommen. art. vom Sacrament der Prieſterweyhe.

Porro Sacerdotalem Ordinem, & per quod ſacroſanctum Chriſti corpus ſanguisque conficitur, divinum illud munus, claviumque cœleſtium poteſtatem, non ſolùm viliſſimè pendit Lutherus, & Laicis

puerisque, atque adeò fœminis ipſis communia facit. Carol. V. in Edict. Wormat. contra Luth. 1521. §. 3. in med. Goldaſt. Tom. 1. Conſt. Imper.

## MATRIMONIUM.

(g) Hinc deſcendit maris atque fœminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus. Inſtit de Jure nat. gent. & civil. in princ.

Nihil in rebus mortalium perinde venerandum eſt atque matrimonium. Novell. 140. in pr. Præfat.

Quæ enim matrimonii compage in unam carnem cum marito coiit, non acquieſcit autem, ſed ſimul ad alium reſpiciendo, creatorem qui illam conjunxit, contumeliâ afficit. Novell. Imper. Leonis. 30. §. Quæ enim.

Qui hominem è terra creavit coſtâ ipſius in mulierem transformatâ, adjutricem illi ex ipſius membris conjunxit: quo videlicet ſuæ creationis cauſam illa cognoſcens, vel hinc diſcat, quâ lege ergâ conjugem, benevolentiam atque amorem intaminatum conſervet. Quæ igitur ita animata eſt, benevolentiamque ſuam marito cuſtodit, revera illa auxiliatrix eſt, neque conditoris promiſſum fallit. Novell. Imper. Leonis 31. in princ.

Propterea ſancimus, ut ſi quis eunuchorum ad matrimonium procedere comperiatur, & ipſe ſtupri pœnæ obnoxius ſit: & qui Sacerdos iſtiusmodi conjunctionem profanato ſacrificio perficere auſus fuerit, ſacerdotali dignitate denudetur. Novell. Imper. Leonis. 98. in fin.

(h) Darum iſt der Eheſtand nicht allein ein Zuſammenfügung Manns vnd Weibs/ ſondern auch ein Sacrament/ vmb der Gnad Chriſti willen / die jhr nimmermehr mangelt / ꝛc. Darumb / dieweil der våtterliche Gewalt dieſer Vereinigung deß Eheſtands von Rechts wegen weichen muß / ſoll man die nicht hören/ die zu vnſern Zeiten wöllen/ daß die Ehe oder verſprochene Heyrath wiederumb zertrennt werden/vnd nicht gelten

ten ſollen / wo der Eltern Bewilligung nicht darbey geweſt iſt. Carol. V. Erklårung zu Augſpurg 1548. art. vom Sacrament der Ehe. §. Dieweil nun Chriſtus / ꝛc. & §. Darumb dieweil/ꝛc.

Frater Martinus Lutherus inviolatas matrimonii leges miris modis fœdiſſimè inficit. Carol. V. in Edict. Wormat. contr. Luth. §. 3. Goldaſt. Tom. 1. Conſtit. Imper.

(i) Credendum eſt ſeptem eſſe Eccleſiæ Sacramenta, &c. per quæ quamvis externa & corporalia ſigna Deus inviſibiliter, ſive per malos miniſtros noſtram ſalutem operatur. Carol. V. Anno 1545. in confirm. art. Lovan. art. 1. Goldaſt. Tom. 1. Conſt. Imper.

Die ander Vrſach iſt / daß ſie nicht allein ſolches bedeuten / ſondern heiligen auch / vnd geben die vnſichtbare Gnad Gottes nicht auß eigener der åuſſerlichen Ding Krafft / oder auß Verdienſt deß Dieners / ſondern auß Krafft deß HErrn Chriſti / der ſie eingeſetzt hat. Carol. V. Erklårung zu Augſpurg 1548. art. von Sacramenten insgemein. §. Die ander Vrſach.

(k) Antiſtitem, qui ſanctitatem baptismatis illicitâ uſurpatione geminaverit, ſacerdotio indignum eſſe cenſemus. Eorum enim condemnamus errorem, qui Apoſtolorum præcepta calcantes, Chriſtiani nominis Sacramenta ſortitos, alio rurſus baptismate non purificant, ſed inceſtant, lavacri nomine polluentes. L. Antiſtitem. 1. C. Ne ſanctum Baptisma iteretur.

Ut Africa per nos tam brevi tempore reciperet libertatem, antea nonaginta quinque annos à Wandalis captivata, qui animarum fuerant ſimul hoſtes & corporum: nam animas quidem diverſa tormenta atque ſupplicia non ferentes, rebaptizando ad ſuam perfidiam transferebant. L. quas gratias 1. C. de offic. præfect. prætorio Africæ.

Imp. Leon. Nov. 89. ne matrimonia citra ſacram benedictionem confirmentur, ubi dicitur. Itaq; quemadmodum adhibitis ſacris deprecationibus adoptionem perfici præcepimus, ſic ſane etiam ſacræ benedictionis teſtimonio, matrimonia confirmari jubemus,

adeo ut qui citra hanc matrimonium ineant, id ne ab initio quidem ita dici, neque illos in vitæ illa conſuetudine matrimonij jure potiri velimus.

Si quis rebaptizare quempiam de miniſtris Catholicæ Sectæ fuerit detectus: unà cum eo, qui piaculare crimen commiſit, (ſi tamen criminis per ætatem capax ſit) & hic, cui perſuaſum ſit: ultimo ſupplicio percellatur. L. Si quis 2. L. Nulli 3. C. Ne ſanct. Baptiſma iteretur.

Nulli hæreticorum danda licentia eſt, vel ingenuos, vel ſervos proprios, qui orthodoxorum ſunt initiati myſterijs, ad ſuum rurſus baptiſma deducendi, nec non illos, quos emerint, vel qualitercunque habuerint, nec dum ſuæ ſuperſtitioni conjunctos, prohibendi Catholicæ ſequi religionem Eccleſiæ. Quod qui fecerit, vel cùm ſit ingenuus, in ſe fieri paſſus ſit, vel factum non detulerit, exilio ac decem librarum auri multa damnabitur: teſtamenti & donationis faciendæ utriſque denegandi licentia. Quæ omnia ita cuſtodiri decernimus, ut nulli judicum liceat delatum ad ſe crimen minori, aut nulli coërcitioni mandare: niſi ipſe idem pati velit, quod alijs diſſimulando concesserit. L. fin. C. ne ſanct. baptiſm: iteretur.

Vandali in Africâ ſævientes, animarum fuerant ſimul hoſtes & corporum: nam animas quidem diverſa tormenta atque ſupplicia non ferentes, rebaptizando ad ſuam perfidiam transferebant: corpora verò liberis natalibus clara jugo barbarico duriſſimè ſubjugabant. L. quas gratias 1. C. de off. præfect. præt. Africæ circa princ.

Dictum nobis eſt, quòd quidam de plebe bis aut ter ab Epiſcopis ignorantibus tamen confirmentur, unde nobis viſum eſt eandem Confirmationem, ſicut nec Baptiſmum iterari minime debere, quia qui bis vel amplius baptizantur vel confirmantur, non ſæculo, ſed ſoli Domino ſub habitu regulari vel Clericali religioſiſſime famulari decretum eſt. Ludovic. Pius in Comit. Aquisgran. anno 818. §. dictum nobis 26. Imperavit anno 818. Goldaſtus tom. 3. Conſt. Imper.

Sancimus nemini licere ſacratiſſima, atque arcana vaſa, vel veſtes ceteraque donaria, quæ ad divinam religionem neceſſaria ſunt, (cùm etiam veteres leges ea, quæ juris divini ſunt, humanis nexibus

non

non illigari ſanxerint) vel ad venditionem, vel hypothecam vel pignus trahere. L. ſancimus 21. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Plurimi namque nominis cauſa non ad opus ſanctarum Eccleſiarum accedunt: deinde eas ædificantes, nequaquam curam ponunt, ut expenſas quoque eis deponant decentes, & ad luminaria, & ad obſervantium alimenta & ad ſacra miniſteria: ſed deſerunt eos etiam in nudis ædificijs conſtitutas. Novell. 67. in præfat.

Die alten Ceremonien/ſo bey dem Sacrament der Tauff gebraucht worden/ ſollen alle bleiben / nemblich exorciſmus, das Widerſagen/ bekåndtnuß deß Glaubens / das Chriſma / das Oel vnd anders/ dann ſie wol dienen die Krafft diſes Sacraments anzuzeigen vnnd zu bedeuten. Reichs Abſchied zu Augſpurg 1548. in Erleutherung wegen der Religion, art. von Ceremonien vnd gebrauch der Sacramenten in princ.

Item in den alten Ceremonien/ ſo die allgemeine Kirche bey der Meß gebraucht/ ſoll man nichts åndern/ dann ſie ſeyn alle zu dem / das man in der Meß handelet / gantz bequemb. Ibidem.

Dergleichen ſoll ſich månniglich/ was Stands der ſey/ diſer vnſer Ordnung/ Satzung vnd wolhergebrachten Chriſtlichen Gebråuchen/ Ceremonien/vnd allem andern/ was in der Chriſtlichen Kirchen biß anher löblich geordnet/geſetzt vnd gebraucht/ ſo viel vnſern H. Chriſtlichen Glauben vnd Gottesdienſt berůhrt/ gemåß vnd gehorſamb halten / vnd wider das alles kein newerung fůrnehmen/alles bey Straff Leibs/Lebens oder Guts. Reichs Abſchied zu Augſpurg 1530. §. dergleichen/ꝛc. Ibidem: Ludovic. Pij Conſtit. Anno 820. c. 1. relata à Goldaſt. tom. 3.

# SACROSANCTA TRIdentina Synodus.

## §. 5.

*Omnia & ſingula, quæ de peccato originali,* (a) *& de juſtificatione,* (b) *in ſacroſancta Tridentinâ Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector & recipio.* (c)

(*a*) Cùm formalia Originalis peccati & Juſtificationis hic non ſpecificentur, ideo neque hic ponuntur Imperiales Conſtitutiones, quæ deſuper extant ad longum. Vid. R. A. zu Augſpurg 1548. In Erleutherung wegen der Religion.

(*b*) Reichs Abſchied zu Augſpurg 1548. in bemeldter Erleutherung art. von der Rechtfertigung §. Wer nun durch. & art. von der weis / durch welche der Menſch die Rechtfertigung bekombt. §. Wiewol GOtt den Menſchen. Vnd §. Vnd wer ſich.

(*c*) Comitia interim Auguſtæ Germanis indixit, quæ quidem adhuc celebrantur; in his liberè ſpontaneo generali totius Germanicæ nationis Ordinum & Statuum cõſenſu, petente Imperatore decretum eſt, *Germanos omnes ad Concilium Tridentinum Tridenti convocatum venturos*, ut ea ſuper quibus indictum fuit, tractentur, & Sacroſancta Concilij auctoritate decidantur. Ipſam Sacroſanctam Tridentinam Synodum ſuſcepturos idq; prorſus, & abſque ullâ conditione ſe præſtituros Imperatori polliciti ſunt. §. 8. ( & poſtea ) præterea totam Germaniam, ad quam hæc potiſſimum cauſa ſpectat, Concilium poſtulare Tridenti, polliceri ſe Concilio Tridenti affuturam, ſanctam Tridentinam Synodum ſuſcepturam. §. 22. ( & infra ) poſtulantibus principibus & ſtatibus Germaniæ; ijſque denique pollicentibus ſe libere & abſque ulla conditione aut prætextu Synodum Sanctam Tridenti-

dentinam ſuſcepturos, cur non revertuntur & intermiſſum continuant opus, ut cæperant, aut continuare oportebat? §. 24. Carol. V. proteſt. contra Paulum tertium Anno 1549. Goldaſt. Tom. 1. Conſt. Imper. Vid. Reichs Abſchied zu Nürnberg 1524, 1542. Speyr 1526.

# MISSA PROPITIATORIUM pro Vivis.

## §. 6.

*Profiteor pariter, in Miſſâ offerri DEO verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium, pro vivis* (a) *& defunctis:* (b) *atq; in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem* (c) *unà cum animâ & divinitate Domini noſtri IESU Chriſti: fieriq; converſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem;* (d) *quam converſionem Catholica Eccleſia* Transſubſtantiationem *appellat. Fateor etiam, ſub alterâ tantùm ſpecie* (e) *totum atq; integrum Chriſtum, verumq; Sacramentum ſumi.*

(a) Convenit igitur hujuſmodi eligi & ordinari Sacerdotes, quibus nec liberi ſint, nec nepotes, etenim fieri vix poteſt, ut vacans hujus quotidianæ vitæ curis, quas liberi creant parentibus maximas, omne ſtudium omnemque cogitationem circa divinam liturgiam & res Eccleſiaſticas conſumat L. omnem adhibentes 42. §. convenit. 1. C. de Epiſcop. & Cleric.

Omnem ſemper adhibentes providentiam circa ſanctiſſimas Eccleſias, per quas & noſtrum Imperium ſuſtineri, & communes res clementiſſimi DEI gratiâ muniri credidimus, nec non & noſtras

& cete-

& ceterorum omnium animas ſtudentes ſalvari & eam ob rem ſolliciti aſſiduè ne commoda ſanctiſſimarum Eccleſiarum, in quacunq; civitate ſint conſtitutæ, aliquâ ratione minuantur: néve quæ in ipſis fiunt, divinæ liturgiæ ex Deo amantiſſimorum Sacerdotum abſentiâ impediantur.. L. omnem ſemper 43. C. de Epiſcop. & Cleric.

Sed novo jure pro tali injuriâ verberatur, aut in exilium mittitur. Sed ſi ſacra miniſteria turbaverit, vel celebrare prohibuerit: capite puniatur. auth: Sed novo. C. de Epiſcop. & Cleric. Et Novel. 123. cap. 31.

Et rurſus idem Sanctis connumeratur Gregorius, de ijſdem in eadem oratione iſtud ſcribit: Quis inſtar figuli uno ipſo die fictilia ſua tornantis, ita repente fingat veri cultus antiſtitem, cum Angelicis ſtantem, & cum Archangelis laudes canentem, & Chriſto conſacrificantem? Et per hæc quidem indicat ille Theologus, qualesnam oporteat ad Sacerdotium promoveri. Novell. 137. cap. 1.

Enunciari etiam ab ipſo & ſanctam oblationis formulam, quæ in ſanctâ Communione fit, & eam quæ fit in baptiſmate precationem, & reliquas deprecationes. Novell. 137. cap. 2.

Poſtquam autem ſæpe dicti Electores ſeu Nuntij civitatem Franckofurt ingreſſi fuerint, ſtatim ſequenti die diluculo, in Eccleſia ſancti Bartholomæi Apoſtoli ibidem, in omni ipſorum præſentia, Miſſam de ſancto Spiritu faciant decantari ad finem, ut ipſe ſanctus Spiritus corda ipſorum illuſtret, & eorum ſenſibus lumen ſuæ virtutis infundat, quatenus ipſi ſuo ſuffulti præſidio hominem juſtum, bonum, & utilem eligere valeant, in Regem Roman. futurumque Cæſarem, ac pro ſalute populi Chriſtiani. Peractâ quoque Miſſâ hujusmodi, omnes illi Electores ſeu Nuntii accedant ad Altare, in quo Miſſa eadem extitit celebrata. Aurea Bulla Caroli Quarti. cap. 2. de Elect. Regis Roman. Promulgata. Imperavit Anno 1356. &c.

Quoties inſuper, in Imperatoris vel Regis Romanorum præſentia, Miſſarum ſolennia celebrari, ac Moguntinenſem, Trevirenſem, Colonienſem Archiepiſcopos, vel duos ex eis adeſſe contigerit, in Confeſſione quæ ante Miſſam dici conſuevit, ac in porrectione Evangelii oſculandi, & pace poſt Agnus Dei portanda, nec non in benedi-

benedictionibus poſt finita Miſſarum ſolennia. Dict. Aurea Bulla Caroli Quarti Rom. Imper. cap. 23. de Benediction. Archiep. in præſent. Imper.

Placuit veteribus, ut quæ ſacrificia & communiones in privatis ædibus fiunt ab illis Sacerdotibus, qui ad generales Eccleſias pertinent, ſolis celebrentur: ab aliis verò qui alicui ſacræ ædi addicti deſerviunt: privatoque vitæ in ſtatu ſunt, ut nullum neque officium, neque ſacrificium perficiatur, &c. Quis enim animo tam facili eſt, tamque omnia promiſcua habet, ut quem non norit Sacardotem, neque cujus religionis, neque quibus moribus ſit, hunc ad ſacrificandum advocet? &c. Evenit propter legem, ut (quemadmodum dixi) qui tenuiores ſunt quàm ut privatim Sacerdotes ſuſcipere poſſint, perſæpe divinorum myſteriorum expertes maneant, & ſacra delubra, quæ in illis ſacrificia fieri debeant, his defraudentur. Imp. Leonis Conſt. 4.

Neceſſariis autem reſponſis apud ſe degentium ſeparatim mulierum, unum ſenem à Deo amantiſſimo Epiſcopo civitatis ſegregari. ad divinas verò peragendas liturgias & ſancta communione participandas unum presbyterum, & unum Diaconum honeſtæ vitæ dari. L. Sanctiſſimarum. 44. pr. C. de Epiſcop. & Cleric.

Sed venire quidem tempore ſacri Miniſterii cum Abba, ſuiſque prioribus & ſenibus, ſacrificioque completo omnes Monachi rurſus ad cœnobium revertantur, ibique ſedeant, magnumque DEUM honorent, & ſacris Scripturis incumbant. Novell. 133. cap. 2.

Sanctæ nihilominus recordationis Avus noſter Pipinus propter Altare, quod ante ſepulchrum ſæpe fati ſæpiusque dicendi Domini Dionyſii per divinam & memorabilem revelationem juſſu ipſius ſanctiſſimi martyris in honorem Dei & Apoſtolorum Petri & Pauli, qui præſentes oſtendebantur, à Beato & Angelico Viro Stephano, ſummo Pontifice dedicatum eſt intra ſacrarum Miſſarum ſolennia, unà cum duobus filiis Carolomanno videlicet, & divæ memoriæ Domino ac Genitore noſtro Carolo jure præ nominato Magno. Ludovicus Pius Anno 834. §. 3. de Collig. & transf. S. Dionyſ. monum. Goldaſt. Tom. 1. Conſt. Imper.

Et ſi quis presbyterorum ab hinc (excepto quando in itinere pergitur, & locus baſilicæ procul eſt, & ideò in altaribus ab Epiſcopo conſecratis fieri neceſſitas compellit, ne populus Dei ſine Miſſarum celebratione, & corporis & ſanguinis perceptione maneat) Miſſarum celebrationes in hujusmodi illicitis locis poſt tot tantasque prohibitiones facere attentaverit, dignum eſt, ut gradus ſui periculum incurrat. Satius igitur eſt Miſſam non audire, quam eam ubi non licet, nec oportet celebrare & audire. Ludovic. Pius in Comit. Anno 820. §. 10. de Miſſar. celeb. in loc. non con. Goldaſt. tom. 3. Conſt. Imper.

Capitulare qualiter inſtitutum eſt in hoc Epiſcoporum conventu, id eſt, ut unusquisque Epiſcopus, tres Miſſas & tria Pſalteria, unum pro Domino Rege, & aliam pro exercitu Francorum, & tertiam pro præſenti tribulatione faciat. Conſtit. Ludovic. Pii Imper. Anno 823. decret. I. in Comit. Compendian. Goldaſt. Tom. 3. Conſtit. Imper.

Viſum etiam nobis fuit illud inhibendum, ut nullus Presbyterorum ſolus Miſſam celebrare præſumat, quia ita nec verba Domini Salvatoris, quibus myſteria corporis & ſanguinis ſuis diſcipulis cecelebranda concredidit, nec Pauli documenta declarant, nec etiam in ipſis actis Apoſtolorum ſic enucleatim legantur, ita fieri debere ullo modo invenitur. Unde conveniendus, imò interrogandus nobis videtur hujusmodi corporis & ſanguinis Domini ſolitarius conſecrator, quibus dicat Dominus vobiscum, & à quo illi reſpondeatur, Et cum Spiritu tuo, vel pro quibus ſupplicando Domino inter cetera Memento Domine & omnium circumſtantium, cùm nullus circumſtet, dicat? quæ conſuetudo quia Apoſtolicæ & Eccleſiaſticæ auctoritati refragatur, & tanto myſterio quandam dehoneſtationem irrogare videtur. Omnibus nobis in communi viſum eſt ut deinceps hujusmodi uſus inhibeatur. Conſt. Ludovic. Pi. in Comit. tit. ut nullus Presbyt. Miſſ. ſol. celeb. præſ. Anno 820. Goldaſt. Tom. 3. Conſtit. Imper.

Deßgleichen ſollen die Aempter der heiligen Meß nicht abgethan/ auch niemands an den Orten/ da die ander Lehr entſtanden

ſtanden vnd gehalten wird / die Meß zu hören verbotten / verhindert/ noch darzu oder darvon gedrungen werden. Reichs Abſchied zu Speyer 1529. §. Vnd ſonderlich.

Vnd gleicher Weiß ſollen gemeine vnd ſondere Meſſen / mit Geſang/mit inleibung vnd haltung deß groſſen vnd kleinen Canons / auch andern Gebetten / Kleidungen / Ceremonien/ Satzungen/Ordnungen/vnd allermaſſen/wie bißher löblich in der gemeinen Chriſtlichen Kirchen beſchehen iſt / vnd noch beſchicht / gehalten / vnd in dem allen gar kein Enderung oder Newrung fürgenommen werden. Reichs Abſchied zu Augſpurg 1530. auffgericht. §. Vnd gleicher Weiß ſollen/2c.

Vnd hat damit auffgerichtet ein ewiges Opffer deß Newen Teſtaments / welches er auch den Apoſteln vnd jhren Nachfolgern / daß ſie es zu ſeiner Gedächtnuß / biß ans Ende der Welt/ thun ſollen/ befohlen hat. Carol. V. Erklärung zu Augſpurg 1548. eröffnet / vnd von gemeinen Ständen angenommen. §. Auß dieſen Gezeugnuſſen/2c.

Quin veriſimile etiam eſt nonnunquam defunctorum memoriâ inſtante, ob defectum Sacerdotis præſentem memoriæ diem nullo facto ſacrificio elabi, ut inde & qui hîc vivunt, & quos altera vita tenet, utriſque non exiguum damnum obveniat. Imper. Leonis Conſtit. 4.

Darumb/ wie die Kirch zuvor der Heiligen gedacht hat/ auch alſo führet ſie ein die Gedächtnuß der andern Chriſten/ bey dem Opffer deß Altars / welche ſie im wahren Glauben Chriſti von hinnen geſchieden ſeyn/ Gottſeeliglich glaubt/ von denen ſie doch nicht gewiß iſt / ob ſie genug gereiniget vnd außgefegt/ von hinnen geſcheiden ſeynd / wiewol ſie ein andere Gedächtnuß hält der Heiligen/vnd ein andere derē/die im Schlaff deß Friedens ruhen: Der erſten alſo/daß wir nicht für ſie bitten/ ſondern vielmehr/ daß ſie für vns bitten/ daß wir in jhren Fuß-

 ſtapf-

ſtapffen wandlen: Der andern aber / daß wir den gemeinen Herrn für ſie bitten/daß Gott allen denen/die in Chriſto ſchlaffen / verleyhen wolt das Wort der Erquickung/ deß Liechts vnd deß Friedens durch Chriſtum vnſern HErrn. Keyſ: Carl deß 5. Erklärung zu Augſpurg 1548. eröffnet/ vnnd von gemeinen Ständen angenommen/ art. von der Gedächtnuß der Verſtorbenen in Chriſto. §. Vnſer HErr Jeſus Chriſtus.

## CHRISTUS IN EUCHARISTIA realiter eſt præſens.

(c) Unde competens eſt, & judices apud quos aliquæ movebuntur contra mulieres cauſæ, aut à mulieribus quædam privilegia ſibi vindicare volentibus, reſpicere ad præſentis noſtræ legis ſubtilitatem: & ſi non invenerint eas orthodoxæ fidei exiſtentes, & percipientes ſacroſanctam & adorabilem communionem in ſanctiſſima Catholica Eccleſia & Apoſtolica à venerandiſſimis ejus Sacerdotibus: non permittere frui ex noſtris conſtitutionibus privilegiis. Novell. 109. cap. 2.

In Euchariſtiæ Sacramento eſt re ipſa verum corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti, illud ipſum, quod de Virgine natum, & in cruce eſt paſſum. Carol. V. in Confirm. art. Lovanien. art. 13. Goldaſt. Tom. 1. Conſtit. Imper.

Ferdinandus Dei gratiâ Hungariæ & Bohemiæ Rex &c. Et nos Dei item gratiâ Fridericus Comes Palatinus Dux Bavariæ, Wilhelmus Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ, Ericus Dux Brunſuicenſis & Luneburgenſis. In primis verò illa doctrina quæ veri corporis & ſanguinis Chriſti Sacramentum elevare & expugnare videtur, intra Germaniæ fines à nullo recipiatur, neq; pro concione ullo in loco populo proponatur. Spiræ in Comit. Imper. anno 1529.

Demnach gebieten vnd wöllen Wir / daß in dem gantzen Römiſchen Reich feſtiglich gehalten / gelehrt vnnd geprediget werde / daß vnder den Geſtalten deß Brods vnd Weins / vnd

vnter

vnder jeglichem derſelben/der wahre Leib vnd das wahre Blut Chriſti vnſers Heylmachers weſentlich vnd warhafftig gegenwärtig ſey. Vnd alle die jenigen/ſo darwider lehren / ſchreiben/ predigen/ oder halten/ nicht geduldet/ angenommen / oder geſtattet werden ſoll. Reichs Abſchied zu Augſpurg 1530. §. Demnach gebieten ꝛc.

## TRANSUBSTANTIATIO.

*(d)* In Euchariſtiâ non manet panis & vinum, ſed hæc in corpus & ſanguinem Chriſti, admirabili potentia verbi ipſius ſunt converſa manentibus tantùm panis viniq; ſpeciebus. Carol. V. in confir. art. Lovan. art. 14. Goldaſt. tom. 1. Conſtit. Imper.

Vnd wo wir nun Chriſto vnd ſeinem Wort ſo viel zu geben/alß wir ſollen/ ſo iſt kein zweiffel/ daß/ ſo alß die Wort kommen zum Brodt vnd zum Wein / ſo bald wird darauß das wahre Blut/ vnd der wahre Leib Chriſti/ vnd wird die Subſtantz Brods vnd Weins in den wahren Leib Chriſti vnd Blut verwandelt/ wer aber das leügnet/ der zweiffelt an Chriſti Allmächtigkeit/ vnd ſchilt jhn einen Lügner. Röm. Keyſ. Mtt. Erklärung zu Augſpurg 1548. Vom Sacrament deß Altars. §. Vnd wo ꝛc.

## SUB ALTERA SPECIE TOTUM CHRISTUM SUMI.

*(e)* Non eſt Laicis neceſſaria ad ſalutem communio ſub utraque ſpecie; juſtis de cauſis ab Eccleſiâ ſancitum eſt, ut illis ſub unâ tantùm panis ſpecie Sacramentum communicetur, in qua carnem & ſanguinem atque ita totum Chriſtum ſub unâ ſpecie ſumunt. Carol. V. in Confir. art. Lovanien. art. 15. Goldaſt. Tom. 1. Conſtit. Imper.

Auß dem erfolgt auch/daß die Chriſtliche Kirche auß einſprechung deß H. Geiſtes/vnd guten Vrſachen heilſamblich verordnet vnd gebotten hat/daß einem jeglichen ChriſtenMenſchen auſſerhalb dem Meßhalten durch den Conſecranten das Hochwürdig Sacrament allein vnder der Geſtalt deß Brodts gereicht werden ſoll/ ſo doch vnder einer Geſtalt nicht mehr oder weniger den vnder zweyerley genoſſen vnnd empfangen wird. R. A. zu Augſpurg 1530. §. Demnach gebieten rc.

Item wiewol das Sacrament deß Altars vnder beyder Geſtalt eingeſetzet iſt/ ſo ſoll man doch wider anzeigung Göttlicher Schrifft Chriſtum im Fleiſch nicht theilen/ ſondern halten das vnder einer jeglicher Geſtalt der gantz Chriſtus beſchloſſen ſey. R. A. zu Augſpurg 1548. in Erleutherung Gewegen der Religion art. von denen Ceremonien vnnd Gebräuch der Sacramenten. §. Item wiewol das Sacrament rc.

# PVRGATORIVM eſſe.

## §. 7.

*Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animasq́ ibi detentas, fidelium ſuffragiis* (a) *adjuvari.*

(*a*) Conſtitutio aſſignat magnæ Eccleſiæ Conſtantinopoleos, ſeptuaginta librarum auri reditum, eam ob cauſam, ut ſcilicet exequiæ ſine ſumptu & gratis fiant &c. L. Magna. 18. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Quoniam potentiæ noſtræ ſubditi noſtri ſive vivant ſive moriantur, curæ ſunt: ne vel graves ipſis ſepulturæ, vel defuncti cognationi damnoſæ exiſtant &c,

Sacroſanctam etenim majorem Eccleſiam centum & mille officinas in fructu habere ab omni vectigali liberas, quas oppido quàm libenter illi concedant, eò quòd ad peragendas in commune omnium hominum exequias proficiant. Novella. 43. in præfat.

Et ſancimus, ut centum quidem illæ & mille officinæ, ſacroſanctæ majori Eccleſiæ occaſio decanorum, ſive lecticariorum & ad peragendas defunctorum exequias deputatæ, omnibus modis integro numero & omni præſtatione liberæ conſerventur. Novell. 43. cap. 1.

Sed neque aliquam excogitent occaſionem aut viri ad muliebria monaſteria ingrediendi, aut mulieres viris deputata, occaſione horum, quæ circa funus aguntur ( quas utique memorias vocant ) in tertiam & nonam convenientes diem aut dum quadraginta compleantur, aut etiam annus. Novellâ. 133. cap. 3. §. Sancimus igitur. 1.

Jam verò ſi liberandæ animæ pretium propriæ cujuſque facultates ſunt, quomodo non in hoc etiam captivi injuriam longè maximam ſuſtinent, quod dum non ſinuntur à lege de rebus ſuis ſtatuere, etiamſi velint, *pro animabus ſuis nihil rerum ſuarum erogare poſſint?* &c.

Primum conſiderari an aliquibus debeat, deindeque deducto ære alieno reliqua bifariam in trientem & beſſem dividi, ac trientem demum in erogationem *pro anima* facienda ſeparari. Imp. Leonis Conſt. 40.

Ne tibi repugnare videatur Novella Imperatoris Domini Conſtantini Porphyrogenitæ, quæ tractat de ijs, qui ſine liberis ab inteſtato moriuntur, non ſuccedere ex lineâ tranſversâ cognatos; ſed tertiam partem bonorum eorum, qui ſic moriuntur, ad pias animæq; ſalutares elargitiones procedere, cum eo etiam collectis pretijs ſervorum ejus qui mortuus eſt, utpote ijs eo ipſo liberatis. Conſtantin. Porphyrogen. in Conſtit. Imperal. Imperavit Anno 780. conſt. 2. c. 2. de Laic. qui inteſt. mor. abſque lib.

Hoc autem videntur facere, cùm pauperibus ſubſtantias ſuas dividi præcipiunt. Quum enim mendicans accipit, aſtat Chriſtus, ac unà cum illo manum porrigit. Quatenus namque, inquit, uni

ex

ex minimis hiſce Fratribus feciſtis, mihi feciſtis. Jubemus igitur, ut quando hujuſmodi procuratoriæ diſpenſationes, & in pias cauſas diſtributiones, quæ ad animæ rectum ductum ac pupillorum, ſenum, atque pauperum educationem & exhibitionem tendunt, proponuntur: in his judiciorum protelationes, atque qui hinc exiſtunt inanes temporum decurſus, locum non habeant. Contingit enim hinc ut defunctorum animæ damnum ſubeant, & communis omnium boni utilitatiſq; cauſa latæ leges commutentur in contrarium. Conſt. Imper. Manuel. Comnei ſive Emanuel. de execut. teſtam. in princ. Imperavit Anno 1180.

Frater Martinus Lutherus (poſt pauca) de purgatorio, & animarum, quæ in eo expiantur, ſtatu, deq; divini ſacrificij & veniarum ſuffragijs, quæ à nobis fideles defuncti exſpectant cum Waldenſibus & Wiclephiſtis contra Eccleſiam ſentit. Carol. V. in Edict. Wormat. contra Luther. §. 4. Gold. tom. 1. Conſt. Imper.

Firmiter credendum poſt hanc vitam Purgatorium eſſe animarum, in quo ſolvitur pœna peccatis adhuc debita. Eiſdem tamen ſubvenitur Sacrificio altaris, oratione & jejunio, eleemoſynâ alijſque bonis operibus vivorum, ſicut & indulgentijs, quò citius ab eo liberentur. Carol. V. in Confirm. art. Lovan. 1545. art. 30. Goldaſt. tom. 1. Conſtit. Imper.

Vnd dieweil vns der HErr ein ſolche weis zu betten fürgebildet hat/ daß niemand ſoll allein für ſeinen/ ſondern alß ein Burger der groſſen Gemeinſchafft / für aller Menſchen nutz betten/ vnd gebeut vns durch den Apoſtel / daß wir für einander bitten ſollen / daß wir ſeelig werden/ ſo were es ein groſſe Grauſamkeit wider ſeine Mitgenoſſen/ vnd ein erſchröcklicher Frevel wider den HErren / ſo jemand die in Chriſto verſtorben ſeynd/von der Mitgenieſſung vnſers Gebetts außſchlüſſe/ daß doch die H. Schrifft nirgend gebeut / vnd die art der Geiſtlichen Gemeinſchafft/ welche wir mit allen Heyligen bekennen/ eigentlich verbeut.

Röm.

Röm. Keyſ. Mtt. Erklärung zu Augſpurg 1548. eröffnet/ vnd von gemeinen Ständen angenommen. Von der Gedächtnuß der Verſtorbenen in Chriſto. §. Vnd dieweil. Vid. quæ ſupra de Miſſa deſcripta ſunt. Item vid. c. Imperialem de prohibit. feud. alienat. per Frider. Lib. 2, Feudor.

# SANCTOS VENERANDOS eſſe.

## §. 8.

*Similiter & Sanctos unà cum Chriſto regnantes,* (a) *venerandos, atq; invocandos* (b) *eſſe; eosq; orationes* DEO (c) *pro nobis offerre; atq; eorum reliquias* (d) *eſſe venerandas.*

(*a*) Poſtea verò & venerabilis Domus ſanctæ glorioſæque Virginis & Dei Genitricis Mariæ juxta ſanctiſſimæ majoris Eccleſiæ vicinitatem poſitæ, ædificata eſt à piæ memoriæ Verina, & veneranda domus ſancti Martyris Theodori à Speratio glorioſæ memoriæ dedicata eſt: erat autem etiam venerabilis domus ſanctæ Helenæ. Novell. 3. cap. 1.

Natalis itaque dies puriſſimæ Dominæ ac Dei genitricis, qui eſt octavo Septembris, feriatus eſt, &c. (poſt pauca) Item vigeſimus ſextus, propter Apoſtoli & Evangeliſtæ Joannis Theologi transmutationem, &c. Et poſt pauca: Item nonus Decembris: quippe quia tunc genitricis Dei noſtri conceptio celebretur, &c. Poſt pauca: Item vigeſimus quintus Martii, boni nuntii ergo ad Dei Genitricem delati, &c. Poſt pauca: Item vigeſimus quintus Julii, propter ſanctæ Annæ, matris Dei Genitricis, obdormitionem, &c. Poſt pauca: Item decimus quintus, propter glorioſam ſanctæ Dei Genitricis emigrationem, &c. Poſt pauca: Item vigeſimus ſextus; quia magnum

illum martyrem, & unguento ſcaturientem feſtiviter veneramur, Demetrium. Item primus Novembris quod miraculoſi illi anargyri, Coſmas & Damianus, feſtivè colantur, &c. Poſt pauca: Item quatus Decembris, in honorem egregiæ martyris Barbaræ. Item ſextus in honorem miraculis celebris unguentoque ſcaturientis Nicolai, &c. Poſt pauca: Item vigeſimus tertius Aprilis, quippe quia tum magnificus martyr Georgius honoretur. Item ſecundus Maij in honorem magni Athanaſii. Item octavus Junii, in honorem magnifici martyris Theodori exercitus Ducis. Item nonus, in honorem ſancti Patris noſtri Cyrilli Alexandrini. Item vigeſimus ſeptimus in honorem ſancti & miraculoſi Sampſonis, &c. Poſt pauca: Item vigeſimus, quia Prophetam Heliam honoramus. Item vigeſimus ſeptimus, quoniam præmiis decoratum & miraculoſum Panteleemonem feſtivè colimus. Manuel. Comnen. ſive Emanuel. Conſt. Imper. 2. de feriis.

Venerabili ſacroſanctorum Apoſtolorum decreto, (quod promulgatum eſt ad gloriam & honorem ſacratiſſimorum dierum, quibus omnium Domino feriamur, & illorum qui horum ipſorum celebrium legislatorum, aliorumque victorioſorum pugilum, qui morte ſua impietatem in fugam verterunt, conſecrationem ſignificant) quum hoc quod conjungatur dignum ſit, ut nempe horum divino loquorum virorum etiam, qui poſt illos in Eccleſia claruerunt, luminariumque inſtar Eccleſiæ firmamentum rebus geſtis atque documentis illuſtrarunt, memoria ſolenniter celebretur: nos, quod deeſt adimplentes, ſancimus, ut horum etiam ſacri conſecrationis dies convenientibus honoribus colantur, quorum hæc ſunt nomina: Athanaſius, inclyti ille in principibus Dei Sacerdotibus nominis. Baſilius, Regium illud Eccleſ. decus: Gregorius, Cognomine Theologus: Gregorius, dulcis ille & illuſtris Eccleſ. fons: Joannes, prorſus illud Spiritus aureum os: unaque cum iis Cyrillus & Epiphanius qui præclaris facinoribus gloriaque illi pares ſunt. Imper. Leon. Conſtitut. 88.

So jemand die Mutter Chriſti unſers Seeligmachers/ oder die lieben Heiligen Gottes freventlich läſtert/ der ſoll zum erſten mahl freundlich ermahnet werden/ darvon abzuſtehen.

Wo

Wo er aber das nicht thun würde/alsdann ſol es vnverzüglich/ wie obſteht / angezeigt / vnd der Thäter an Leib vnd Gut geſtrafft werden. Verbeſſerte Policey Ordnung zu Franckfurt 1577. tit. 3. von Läſterung der Mutter Chriſti vnd Gottes Heiligen.

## SANCTOS INVOCANDOS ESSE.

*(b)* Idoneum ſe Antichriſti inſtrumentum præbuit: atque adeò univerſali edicto vetuit, ne quis in univerſum Domini ſervorum ſancti titulo cohoneſtaretur: quinimo conſpui eorum inventas reliquias juſſit: prohibuitque eorum interceſſionem poſtulari, quòd eos nihil poſſe diceret. Atque addidit ſceleſtus Mariæ quoque virginis interceſſionem non eſſe implorandam: nihil enim eam præſtare poſſe, Quin & Deiparam hanc noluit appellari. Conſtantin. Caballin. Imper. conſtit. de reliquiis & interceſſione Sanctorum.

Juro ego per Deum omnipotentem, & filium ejus unigenitum Dominnm noſtrum Jeſum Chriſtum, & Spiritum ſanctum, & per ſanctam glorioſam Dei genitricem & ſemper Virginem Mariam, & per quatuor Evangelia, quæ in manibus meis teneo, & per ſanctos Angelos Michaelem & Gabrielem. poſt Novell. 8. in edict. tit. 3.

Ego N. Archiepiſcopus Moguntinus Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, & Princeps Elector, Juro ad ſancta Dei Evangelia (& poſt pauca) Sic me Deus adjuvet & omnes Sancti. Aur. Bull. Carol. IV. tit. de Elect. Reg. Rom. Reichs Abſchied in Ordnung deß Regiments zu Worms 1521. §. Ich N. gelobe. Erklärung wegen der Religion/ zu Augſpurg 1548. & Reichs Abſchied 1530. §. Etliche haben die Meß.

# SANCTOS PRO NOBIS ORARE.

(*c*) Hoc etiam deprecantes exoramus ſanctæ & glorioſæ ſemper Virginis & Dei Genitricis Mariæ precibus: ut, quidquid minus eſt Reipublicæ noſtræ, per nos ultimos ſervos ſuos reſtituat in ſuo nomine Deus, & dignos nos faciat ſervitium ejus adimplere. L. quas gratias. C. de offic. Præfect. prætor. Afric.

Per interceſſiones & Interpellationes inviolatæ Dominatricis noſtræ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ & omnium Sanctorum &c. Michaël & Theophil. Imp. ad Ludovic. Pium Imper. An. 824. Gold. tom. 1. Conſt. Imper.

Sed & nos multis ac frequentibus largitionibus beneficia ejus ſumus experti, præcipuè tamen in humanæ varietatis eventu, quo Dei (ut ſemper fatendum eſt) juſto judicio in Virga eruditionis ſuæ viſitati, & baculo ſpecioſæ miſericordiæ ejus ante præſcriptum altare per merita ac ſolatium Domini, ac piiſſimi Patris noſtri Dionyſii divinâ virtute erecti & reſtituti ſumus, cingulumque militare judicio ac auctoritate Epiſcopi reſumpſimus, & usque ad præſens ipſius gratioſo adjutorio ſuſtentamur. Ludovicus Pius de collig. & trans. S. Dionyſii monum. §. 4. Goldaſt. Tom. 1. Conſt. Imper.

Rectè fit in Eccleſia, quod Sanctos in cœlis cum Chriſto regnantes veneramur & invocamus, ut pro nobis orent, quorum etiam meritis & interceſſione Chriſtus nobis hic multa largitur. Carol. V. in Confirm. art. Lovanien. art. 27. Goldaſt. Tom. 1. Conſt. Imper.

Daß ſie (nimirum Sancti) auch ſolches im ewigen Leben thun/ wiſſen wir auß gewiſſer Zeugnuß der Schrifft/ da Onias geſehen wird/ daß er die Händ außſtreckt/ und bittet für das Volck. Und da geſehen wird ein anderer Mann/ im Alter und Ehren wunderbarlich/ von dẽ geſagt wird/ der iſt ein Liebhaber der Brüder/ und deß Volcks Jſrael. Der iſts/ der viel bittet für das Volck/ und für die gantze Stadt Jeruſalem/ der Prophet Hieremias. Und an einem andern Ort bittet der Engel für

für die Stadt Juda alſo : HErr Sabaoth/wie lang wilt du dich über Jeruſalem/ vnd über die Stadt Juda mehr nicht erbarmen/ über die du zornig biſt. (& infra) Alſo ſeynd Abrahams deß verſtorbenen Verdienſt ſeinem Sohn Jſaac zum beſten kommen. Vnd da Jacob ſeine Nachkommen in der Religion vnterwieſen/ hat er ſie gelehrt/ daß ſie ſeinen vnd ſeiner Vätter Namen über ſich anruffen ſolten. Welches auch Moyſes mit vollem Vertrawen gethan hat/ da er ſaget : Jch bitt dich/ laß deinen Zorn ruhen/ vnd ſey genädig der Boßheit deines Volcks/ gedenck an Abraham/ Jſaac vnd Jſrael deine Knecht. Alſo vmb der Gnad willen Davids/ ſo ein Mann nach dem Willen deß HErrn war/ haben alle ſeine Nachkommen die Gnad Gottes/ jhnen zu gut/ offtermals empfunden. Auß Röm. Kay. Maj. Erklärung zu Augſpurg 1548. eröffnet/ vnd von gemeinen Ständen angenommen. §. Vid. Exod. 23. 3. Reg. 12. 4. Reg. 19. Eſaiæ 37. Ezechiel. 14.

## SANCTORUM RELIQUIAS VENERANDAS ESSE.

*(d)* Nemo martyres diſtrahat, nemo mercetur. L. Nemo 3. C. de ſacroſanct. Eccleſijs.

Neque monachus neque alius quivis in loco publico vel ubi ſpectacula fiunt, crucem imponat aut reliquias Sanctas. L. Neque 3. C. de oper. publicis.

Item decimus ſextus, propter adorationem venerabilium principis Apoſtolorum Petri vinculorum. Item decimus nonus, propter recuperationem venerabilis defuncti Gregorij Theologi. Item vigeſimus ſeptimus, propter recuperationem venerandarum reliquiarum Chryſoſtomi, &c. Et poſt pauca.

Item ſecundus, quia depoſitionem pretioſæ veſtis DEI Genitricis recolimus, &c. poſt pauca. Item trigeſimus primus Auguſti,

propter pretioſi cinguli immaculatæ Dei Genitricis depoſitionem.. Manuel. Comnen. ſive Eman. Conſtit. Imper. c. 2. de ferijs.

Glorioſas autem & ſanctas reliquias eorum cum fide veneramur. Michaël. & Theophil. Imp. ad Ludovic. Pium. §. Trinitatem. Goldaſt. tom. 1. Conſt. Imp.

Decernimus, ut poſt hac neque Monachi &c. & poſt pauca. in quæcunque loca populi voluptatibus fabricata, venerabilem crucem & Sanctorum Martyrum reliquias illicitè inferre conentur &c. poſt pauca. Cùm enim religioſæ ædes non deſint: poſſunt ibi conſultis prius (ut oportet) religioſiſſimis Epiſcopis, reliquias ſanctorum martyrum, non quorundam uſurpatione, ſed arbitrio reverendiſſimorum Antiſtitum collocare.. L. Decernimus 26. C. de Epiſcop. & Cleric. Vid. Eclog. Baſil. l. 1. de reliq. ſanct.

# IMAGINES CHRISTI Deiparæ Virginis & aliorum Sanctorum venerandas.

## §. 9.

*Firmiſſimè aſſero Imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas & retinendas eſſe; atq; iis debitum honorem ac venerationem impertiendam.* (a)

(*a*) Cùm ſit nobis cura diligens per omnia ſuperni Numinis Religionem tueri: ſignum Salvatoris Chriſti nemini licere vel in ſolo, vel in ſilice, vel in marmoribus, humi poſitis inſculpere, vel pingere: ſed quodcunque reperitur, tolli, graviſſima pœna multando eo, qui contrarium ſtatutis noſtris tentaverit, ſpecialiter imperamus. L. unic. C. Nemini licer. ſign. Salv. Chriſt. hum. vel in mar. aut inſcul. aut ping.

Illud

Illud igitur ante alia dicendum eſt, ut omni tempore & in omni terrâ ſi quis ædificare venerabile monaſterium voluerit: non prius licentiam eſſe hoc agendi, quam Deo amabilem locorum Epiſcopum advocet, at ille manus extendat ad cælum, & per orationem locum conſecret Deo, figens in eo ſalutis noſtræ ſignum: ( dicimus autem adorandam & honorandam verè crucem ) Novell. 5. cap. 1.

Si quis autem voluerit fabricare venerabile oratorium aut monaſterium, præcipimus non aliter inchoandam fabricam, niſi locorum ſanctiſſimus Epiſcopus orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit crucem. Novell. 131. cap. 7.

Sed & ipſas honorandas cruces ( cum quibus & in Litanijs ingrediuntur ) non alibi niſi in venerabilibus locis reponi: & ſi quando opus vocaverit ad Litanias celebrandas, tunc ſolum ipſas ſanctas cruces accipere eos qui conſuetè eas portare ſolent. Novell. 123. cap. 32.

Legali Decreto, quod nudum pactum non actionem, ſed ſolum exceptionem parere tradit, nonnullos illudere videmus. Dum enim omne pactum quod pœna ſtabilitum non eſt, nudum eſſe volunt, etiamſi ſcripto comprehenſum ſit pactum, etiamſi qui pactum inierunt, ſuâ manu ſacroſanctæ crucis nota ſcriptum ſignarint, etiamſi divini ternionis appellationes adjectæ ſint: ſi tamen pœna conſtituta non ſit, id, ut invalidum, contemnunt ac reijciunt, &c. Et paulò pòſt. Sancimus igitur, ut omne pactum, in quo ex divinis hiſce adjumentis idoneum aliquid ad faciendam fidem inſit, quamvis de pœnâ nihil ſcriptum ſit, firmum ſolidumq; robur habeat. Imp. Leonis Conſtit. 72.

Anno XIX. Verè ineunte, Heraclius Conſtantinopoli Hieroſolyma proficiſcitur, & avehit venerabilia ac vivifica Crucis ligna: votiſq; Deo perſolutis, Patriarcham Zachariam reſtituit. Conſtit. Imp. Herael. c. 2. Imperavit Anno 610.

Nos denique Eccleſiæ vaticinio docti. ( & infra ) Imagines in ornamentis Eccleſiarum, & memoriam rerum geſtarum habentes, & ſolum Deum adorantes, & ejus ſanctis oportunam venerationem exhibentes, nec cum illis frangimus, nec cum illis adoramus. Carol. Magn. Capitul. Francofurt. de Anno 794. Adriano Papæ miſs. Vid.

L. Ju-

L. Judæos 11. C. de Jud. & cælic. Theoph. Conſtit. Imper. conſtit. 1. de Imag. Eclog. Baſil. de vene. cruc. & lib. 4. tit. 1. c. 1.

Carol. V. Imp. ſentent. de confeſs. Suevic. An. 1530. Quandoquidem in Religione diverſam à reliquis omnibus opinionem profiteantur, & graviſſimum illum errorem de Sacramento Euchariſtiæ probent; ſtatuas etiam è templis ejecerint, & miſſam abrogarint. (poſt pauca) idcirco ab ipſis ſe denuò poſtulare, ut ad ſanitatem redeant, & priſcam religionem recipiant. Goldaſt. tom. 1. Conſt. Imper.

Dieweil auch die Bildnuß Chriſti / ſeiner lieben Mutter Mariæ vnd der lieben Heiligen / das Gemüth in den vergeßlichen erinnern / männiglich zu Andacht bewegen / darzu in der gemeinen Chriſtlichen Kirchen geduldet / vnd die Bildtſtürmer von gemeiner Chriſtlichen Kirchen / hievor in etlichen Concilien / vnd ſonderlich durch vnſern Vorfahrn am Reich / Keyſer Caroln den Erſten vnd Groſſen / verdambt worden. Demnach gebieten Wir / daß die gedachten Bildnuß auch nicht abgethan / ſondern andächtiglich von allen Chriſten Menſchen auffgericht vnd erhalten werden ſollen. Deßgleichen daß die Altar / Sacramenthäuſer / wo ſie abgethan / widerumb auffgericht / zu der Ehr Gottes erhalten werden. Reichs Abſchied zu Augſpurg 1530. §. Dieweil auch die ꝛc. Vid. dict. Cap. Carol. Magn. de imag. Gold. Tom. 1. Conſt. Imper.

# INDVLGENTIARVM in Eccleſiâ poteſtas eſt.

## §. 10.

*Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumq́; uſum populo maximè ſalutarem* (a) *eſſe affirmo.*

(*a*) Paternas denique ſummi & Clementiſſimi Pontificis indulgentias, quæ Cordis contritionem, ejuſq́; confeſſionem, imò pœnitentiæ ſtatum primo omnium loco exiſtunt, & quibus nobis ſua ſanctitas, totiq́; Chriſtianæ Reipublicæ tali tempore conſulere juxta bullarum emiſſarum tenorem dignata eſt, Chriſtiano animo accipite, & commendatas habete. Ferd. Vicar. Imper. edict. de ſupplic. public. 1529. §. 6. Goldaſt. tom. 3. Conſt. Imper.

Es ſoll auch ein Bottſchafft zu vnſerm heiligen Vatter dem Bapſt geſchickt werden/ ſein Heiligkeit zu bitten / daß er alß der heilig Vatter ſein Trew / Hülff vnnd Rath mittheilt. Sonderlich daß er die Annata der teutſchen Nation , ſo darzu ſonderlich zu geben verordnet ſeyn/ darzu gebe vnd folgen laſſe. Auch Indulgenz cruciat, vnd anders darzu gebe/inmaſſen Er alß der Vatter der Chriſtenheit zu thun ſchuldig iſt. R. A. zu Augſpurg 1500. §. wie man mit dem Pabſt handlen ſoll.

Darauff erbietend / daß ſein Heiligkeit der Kirchen-Schatz dargegen eröffnen/ vnd alles Vermögen/ zu widerſtand ſolchem Tyranniſchen Feind mit einer treffentlichen vnd tapffern Expedition darſtrecken wolle. Reichs Abſchied zu Augſpurg 1518. § Erſtlich/ als Päpſtliche Heiligkeit / rc.

# ROMANA ECCLESIA omnium Eccleſiarum mater.

## §. 11.

*Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium, Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram* (a) *agnoſco; Romanoq́ Pontifici, Beati Petri Apoſtolorum* (b) *Principus ſucceſſori,* (c) *ac Jeſu Chriſti* (d) *Vicario, veram obedientiam ſpondeo ac juro.*

(*a*) Ea enim, quæ ad beatiſſimæ Eccleſiæ jura pertinent, vel poſthac, fortè pervenerint tanquam ipſam ſacroſanctam & religioſam Eccleſiam, intacta convenit venerabiliter cuſtodiri: ut ſicut ipſa religionis & fidei mater perpetua eſt, ita ejus patrimoninm jugiter ſervetur illæſum. L. jubemus. 14. in princ. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Mauritius Imperator Gregorio Romano Pontifici. Serò tandem animadverti me à recta vivendi ratione ad deteriora prolapſum; Nam & tam multa portenta Deum optimum maximum mihi infenſum ſignificant, ut dies & noctes perniciem clademque mihi inſtare plenè videam. Sed quando unus is tantùm Pœnitentiæ locus ſupereſt, oro te reliquosque viros Deo addictos & charos, ut irata mihi numina precibus veſtris mitiora faciatis, meque ad ſinum Matris Eccleſiæ redeuntem excipiatis. Anno 602. Goldaſt. Tom. 3. Conſt. Imper.

Hic obtinuit apud Phocam Principem, ut Sedes Apoſtolica beati Petri caput eſſet omnium Eccleſiarum, id eſt, Romana Eccleſia. Hic Phocas Imperator rogante Papâ Bonifacio ſtatuit Sedem Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ primam eſſe, cùm prius Conſtantinopolitana

tana ſe primam omnium ſcriberet. Conſtit. Phocæ Imper. de prim. Anno 606. Goldaſt. ibid.

Ut legum originem anterior Roma ſortita eſt, ita & ſummi Pontificatus apicem apud eum eſſe, nemo eſt qui dubitet. Novell. 9. in præfat.

Ideoque ſancimus ſecundum earum definitiones ſanctiſſimum ſenioris Romæ Papam, primum eſſe omninm Sacerdotum : Beatiſſimum autem Archiepiſcopum Conſtantinopoleos novæ Romæ, ſecundum habere locum poſt ſanctam Apoſtolicam ſenioris Romæ ſedem. Novell. 131. cap. 2.

Ea legatio à Pontifice benignè audita eſt : qui ea ſe facilè, quæ Imperator petiviſſet, confecturum eſt pollicitus : ſtatimque ſuos legatos illis adjungit, qui concordiam conciliarent atque amplecterentur. Cujus hæc tria capita fuerunt. Primum, ut in ſacrorum voluminum hymnodiis, Papæ cum quatuor aliis Patriarchis mentio fieret. Alterum, ut liceret cuivis Romam veterem, quæ curia major & perfectior eſſet, appellare. Tertium, ut illi principatus in omnibus deferretur. Conſtit. Imper. Michael Palæol. de primat. & appellat. & commemorat. Papæ Rom. Imperavit Anno 1259. &c.

Sed & gratias vobis agimus de inſtantia orationum veſtrarum, quibus memoriam noſtri aſſiduè vos habere dixiſtis, optantes ut preces veſtræ acceptabiles ſint Domino Deo Salvatori noſtro, ut & ipſe per ſuam miſericordiam dignos nos efficiat exaudiri, & ad unitatem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ revocare dignetur, & ejusdem pietatis humeris in ſanctæ Matris Eccleſiæ reportet ovile. Carol. Magn. in Conſtitut. Francofurt. Anno 794. §. 9. vid. tot. hanc Conſt. Goldaſt. Tom. 1. Conſt. Imper.

Quocirca vos ſpirituali Matri Eccleſiæ adjungite, atque ſecundum unam ſolamque fidei deciſionem trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum nobiscum una divina in ea communione fruimini; Nam ſacroſancta veſtra Mater Eccleſia tum vos ingenuos ſuos filios amplecti cupit, tum veſtram diu optatam dulcemque vocem audire deſiderat. Zenon. Imp. enotio de pace & reconciliatione Eccleſiæ. Anno 482. Goldaſt. Tom. 3. Conſtit. Imper.

Vnd ſonderlich von gemeiner Noturfft wegen teutſcher Nation/ damit die in gute gleichformige Einigkeit/ Regel vnd Verſtand vnſers heiligen Glaubens kommen mög / zu einem Troſt gegen Gott/vnd der Mutter vnſer Chriſtlichen Kirchen. Reichs Abſchied zu Regenſpurg 1532. rubr. Concilium betreffend in fine. Vid. Carol. 2. Reſcriptum ad Papam Nicol. Anno 863. relat. à Goldaſt. Tom. 3. Conſt. Imper.

## BEATUS PETRUS APOSTOLORUM Princeps.

(*b*) Ad cujus Auctorem, hoc eſt, Apoſtolorum primum. Domino loquente præceptum eſt, Paſce oves meas. Quem eſſe omnium verè Eccleſiarum caput, & patrum regulæ, & principum ſtatuta declarant, & pietatis veſtræ reverendiſſimi teſtantur affatus. L. inter claras. 8. C. de ſum. Trin. & Fid. Cath.

Victor Anaſtaſius pius felix, inclytus Triumphator ſemper Auguſtus Hormiſdæ. Et Infra: Nunc autem currens de vobis ſuavis opinio ad memoriam noſtram bonitatem paternæ affectionis adduxit, ut illa requiramus; quæ DEUS & Salvator noſter Sanctos Apoſtolos divino ſermone docuit, & maximè Beatum Petrum, in quo fortitudinem Eccleſiæ ſuæ conſtituit.

His igitur præfatis initijs hortamur, ut ad ea quæ de Scythiæ partibus mota ſunt, unde & Concilium fieri convenire perſpeximus mediatorem ſe Apoſtolatus veſter faciat, ut contentionibus amputatis unitas ſanctæ reſtituatur Eccleſiæ. Anno 514. Goldaſt. tom. 3. Conſt. Imp.

Et decimus ſextus, propter adorationem venerabilium Principis Apoſtolorum Petri vinculorum. Conſtit. Imp. Manuel. Comnen. ſive Emanu. 2. de ferijs. Imperavit Anno 1143.

Quod igitur noſtra æternitas ad Omnipotentis DEI honorem, venerandæ Sedi Summi Apoſtoli Petri dedicavit: hoc habeant omnes terræ. Novell. 9. in præfat.

Ego Ludovicus Imperator Auguſtus ſtatuo & concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ tibi Beato Petro Principi Apoſtolorum, & pro te Vicario tuo Domino Paſchali Summo Pontifici & univerſali Papæ. Ludovic. Pius. Goldaſt. tom. 1. Conſt. Imp. Imperavit ab Anno 814.

## ROMANUS PONTIFEX PETRI Succeſſor, & Chriſti Vicarius.

(c) Sanctam Romanam Eccleſiam ſicut Matrem & ipſius Sedis Antiſtitem tanquam Chriſti Vicarium, & B. Petri Succeſſorem veneramur, & præcipimus cunctis ex debito venerari. Henric. Septim. authent. De Sum. Trinit. & fid. Cath. & de hæret. n. 2. Anno 1312. relat. ac Goldaſt. tom. 3. Conſt. Imper.

Conſtantinus Imperator Benedicto II. Pontiſici. Cùm uſu receptum eſſet, ut nullus Romanus Pontifex ritè electus diceretur, niſi à nobis vel Exarcho noſtro ratum firmumq; haberetur; Nos animadvertentes id minus piè & commodè fieri conſueviſſe, nihilq; exinde Religioni ſacriſque rebus emolumenti naſci, placuit nobis deinceps quem Sacerdotes exercituſq; Romanus in Pontificem elegerint, eundem ſtatim verum Chriſti Vicarium nullâ exſpectatâ nominis noſtri auctoritate judicari. In Conſtit. de Elect. Rom. Pontifex. Ann. 684. Goldaſt. tom. 3. Conſt. Imper. Summam hanc præpoſituram primus omnium geſſit Sanctus Petrus verus Chriſti in terris Vicarius, & totius familiæ ejus paſtor, poſt Petrum verò ex Chriſti inſtitutione omnes deinceps Pontifices Petri in Cathedrâ Succeſſores. Carol. V. in Confirm. art. Lovanien. art. 24. Gold. tom. 1. Conſt. Imper.

Wer nun den Stul Petri innen hat / alß oberſter Biſchoff / der ſoll mit dem Recht / damit es Petrus von Chriſto empfangen / da er ſprach: Weyde meine Schaff / die gantze Kirchen regieren vnnd verwalten. Röm. Kayſ. Mtt. Erklärung zu Augſpurg 1548. Vom oberſten Biſchoff vnnd andern Biſchoffen. §. Wer nun.

# ROMANO PONTIFICI obediendum.

(*d*) Ex facto incidiſſe ſcio Fridericum Principem noſtrum, cùm ab initio Dux eſſet, & pro Ducatu fidelitatem faceret, Divino nutu poſtea Imperatorem creatum, petita ab eo fidelitate pro Ducatu, petenti Domino reſpondiſſe, non teneri ſe fidelitatem facere, cum omne hominum genns ſibi fidelitatem debeat, & ipſe ſoli DEO & Romano Pontifici. Feudor. lib. 2. tit. 100.

Unus eſt Eccleſiæ Summus Paſtor, cui omnes obedire tenentur, ad cuius judicium controverſiæ, quæ ſuper fide & religione exiſtunt ſunt referendæ. Carol. V. in confirm. art. Lovanien. art. 23. Goldaſt. tom. Conſt. Imp.

Conſtitutum habemus, ut omnes qui ſub ſpeciali defenſione noſtra ſui Domini Apoſtolici fuerunt ſuſcepti, impetrata inviolabiliter juſta utantur defenſione. Quod ſi quis in quocunque tempore hoc violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ eſſe incurſurum. Nam & hoc decernimus, ut Domino Apoſtolico in omnibus obſervent obedientiam. Conſtit. Lothar. Imper. de Pontific. Roman. edita tempore, Eugenij Papæ Anno 825. cap. 1. Gold. tom. 3. Conſt. Imp.

Fridericus I. Imperator Auguſtus ad Emanuelem Imp. Conſtantinopolitanum. Quapropter tuam prudentiam commonemus, quatenus nobis & Romano Imperio honorem debitum recognoſcas, & Summo Pontifici quem nomine ſanctum appellas, debitam exhibeas obedientiam & honorem. Anno 1177. n. 3. Gold. tom. 1. Conſt. Imper.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Fridericus divinâ favente Clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. (& paulo poſt) Vobis beatiſſime Pater & omnibus Succeſſoribus veſtris Catholicis ſanctæq; Romanæ Eccleſiæ ſpeciali Matri noſtræ, omnem obedientiam, honorificentiam atque reverentiam ſemper humili corde & devoto Spiritu impendimus, quam prædeceſſores noſtri Reges & Imperatores Catholici veſtris Anteceſſoribus impendiſſe

noſcuntur. Aurea Bull. Frid. 2. Anno 1213. Goldaſt.tom. 1.Conſt. Imper. Et Juram. Carol. V. in Coronat. Aquiſgran. Anno 1520. Sigiſmund. Conſtit. de advocat. & protect. Eccleſiæ Anno 1433. Lothar. in Reſcript. de majoritate Regis in temporalibus & obedientia in ſpiritualibus ad Nicola. Pap. Anno 868. Quorum duo priora referuntur tom. 1. altera duo tom. 3. Goldaſti. Conſt. Imper.

# A SACRIS CANONIBVS definita recipienda eſſe.

## §. 12.

*Cetera Item omnia, à Sacris Canonibus* (a) *& œcumenicis Concilius,* (b) *ac præcipuè à Sacroſanctâ Tridentinâ* (c) *Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio atq; profiteor: ſimulq; contraria omnia, atq; hæreſes quaſcunq;, ab Eccleſiâ damnatas atq; reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo.*

(*a*) Sacros autem Canones non minùs, quàm leges, valere, etiam noſtræ volunt leges. L. ſacris 45. C. de Epiſcop. & Cleric.

His igitur, quæ ſacris Canonibus definita ſunt, inſiſtentes, præſentem ſancimus legem. Novell. 137. cap. 2. 3. 4. & 5.

Eò quòd à præcedentibus nos Imperatoribus & â nobis ipſis rectè dictum eſt oportere ſacras regulas pro legibus valere. Novell. 6. c. 1. §. ſed etiam 8.

Quemadmodum ante hac quando certiorem firmioremq; rerum conſtitutionem inveſtigaremus, ſi civilis lex plus roboris ac firmitatis, quâm Eccleſiaſtica præbere videretur, illi prærogativam dedimus: eo modo & hic Decretum ſacrum rectæ rerum moderationi, quàm civile ſit, conducibilius fore intelligentes. Imp. Leonis Conſt. 7.

Eidem rectæ rerum Eccleſiaſticarum conſtitutionis curæ inſiſtentes, quæque ſacroſanctis Canonibus placuerunt, hiſce nos etiam album calculum adjicientes, ab adverſarijs civilibus legibus hanc cōtradictionis pœnam, ut ex legitimis conſtitutionibus ſubtrahantur exigimus. Imp. Leonis Conſt. 9.

Si ſacrorum Decretorum ſanctio ad res civiles tranſiens in illis ſæpe plus auctoritatis, quàm ipſæ civiles de ijſdem rebus tractantes leges habeant. Novell. Leon. 85.

Si civiles leges, quarum poteſtatem nobis Deus pro ſuâ in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus cuſtodiri ad obedientiam ſecuritate ſtudemus, quantò plus ſtudij adhibere debemus circa ſacrorum canonum & divinarum legum cuſtodiam, quæ ſuper ſalute noſtrarum animarum definitæ ſunt? Qui enim ſacros canones cuſtodiunt, Domini Dei adjutorio digni ſunt: qui autem eos transgrediuntur, ipſi ſemetipſos judicio reddunt obnoxios, &c. Novell. 137. in præfat. Videatur tota.

## AB OECUMENICIS CONCILIIS definita eſſe recipienda.

(*b*) Suſcipimus autem ſancta quatuor Concilia: id eſt trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum, qui in Nicæna urbe congregati ſunt: & centum quinquaginta ſanctorum Patrum, qui in Nicæna urbe congregati ſunt: & centum quinquaginta ſanctorum Patrum, qui in hac regia urbe convenerunt: & ſanctorum Patrum, qui in Chalcedone convenerunt, ſicut veſtra Apoſtolica ſedes docet atque prædicat. L. reddentes. §. Suſcipimus. 3. C. de ſum. Trin. & fid. Catholic.

Et ſanctas quatuor Synodos Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, & Chalcedonenſem amplecti ſeu recitare noſcuntur: licentiam habeant pro hac maximè cauſâ ingratos eos & exheredes in ſuo ſcribere teſtamento. Novell. 115. cap. 3. §. ſi quis. 14.

Quo circa ſi hæreſes quasdam vix abhinc triennio in natione Germanica ſpargi cæptas, & antehac per ſancta Concilia, Pontificium-

cumque decreta cum Eccleſiæ Catholicæ conſenſu verè condemnatas & rejectas, jamque de novo velut ex profundis Orci faucibus retractas. (Et infrà) Quidam Martinus Lutherus in Ordine & Religione Chriſtiana, in primis autem in illuſtri natione Germanica, utpote indefatigabili hæreſum impiorumque dogmatum delenire violenter introducere virulenterque diſſeminare conatur. (Et infra) Quemadmodum enim cæteris permittit habenas laxare omnibus animi cupiditatibus, & diſſolutè effractis legum repagulis pecudumque more vivere, ſic ipſe homo præfracti & effrænati ingenii, omnia veterum inſtituta legesque repudiat, conculcat & opprimit. Velut nuper à decretis & conſtitutionibus Eccleſiaſticis publicè cremandis, nullo pudore, metu reverentiaque deterritus eſt? & niſi civilis gladii aciem magis, quàm fulmina, execrationes, pœnasque Pontificis reformidaſſet, indigniora longè in civilia jura commiſiſſet. Nec erubeſcit palam, petulanterque ſacroſancta Concilia perſtringere, proque animi ſui morbo taxare, deformare, lædere. De quibus ſingulatiter Conſtantienſe Concilium ubique luculento & maledico ore convitiis exagitat, quod appellat aliquoties Synagogam Sathanæ. (Et infra) Sigismundum Cæſarem anteceſſorem noſtrum, ſacrique Imperii Principes atque Senatum publicum, quos Antichriſtos, diaboli Apoſtolos, parricidas & Phariſæos nominat. Carol. V. in Edict. Wormat. contr. Luther. Goldaſt. Tom. 2. Conſt. Imper.

Vnd wiewol hievor in vnſerm Abweſen / zu vorgehaltenen Reichstägen / nemlich Nürnberg / Speyer / auch jüngſt in vnſerm perſönlichen Beyſeyn zu Augſpurg / darvon nach aller Nohtdurfft gerathſchlagt / vnd zu Stillung dieſes ſchweren Handels deß Zwieſpalts nichts fruchtbarlichers bedacht oder angeſehen / dann daß ein gemein Chriſtlich Concilium durch Päpſtliche Heiligkeit fürgenommen vnd außgeſchrieben würde / damit ſolche Zwieſpaltung vnſers heiligen Chriſtlichen Glaubens wiederumb zu guter Einigkeit vnd gleichmäſſigem Verſtand gebracht werden möchte: haben vns Churfürſten / Fürſten vnd Stände / jüngſt zu Augſpurg vnterthänigſt erſucht

 ſucht

ſucht vnd gebetten/ bey Päpſtlicher Heiligkeit ſo viel zu fordern vnd zu verfügen/daß durch jhr Heiligkeit ein gemein Chriſtlich Concilium, innerhalb ſechs Monaten/ nach Endung deſſelben Augſpurgiſchen Reichstags/ an gelegen Malſtatt außgeſchrieben / vnd zum fürderlichſten / vnd auffs längſt in einem Jahr/ nach ſolchem Außſchreiben angefangen vnd gehalten: Welches wir auch/ auff jhr allerdemütigſt anlangen vnd bitten / alſo zu verfügen angenommen/vnd bewilligt. Reichs Abſchied zu Regenſpurg 1532. Concilium betreffend. §. Vnd wiewol.

Vnd dann Churfürſten/ Fürſten vnd Stände/ auch anweſende Räthe / Bottſchafften vnd Geſandte im jüngſten Reichs Abſchiede / in dieſen den Weg deß Concilii angenommen/ denſelbigen bewilligt/ vnd ſich dem Concilio vnterwürffig gemacht/ſich auch nochmahls erbotten/deſſen in Vnterthänigkeit gehorſamlich gewärtig zu ſeyn. So ſoll es bey deß vorigen Reichstags Abſchiede einhelliger Vergleichung/ daß die Erörterung der ſtreitigen Religion einem gemeinen Concilio heimgeſtellt vnd vnterworffen ſey/bleiben vnd beruhen. Reichs Abſchied zu Augſpurg 1551. §. Dieweil dann Anno 1525. §. Wir haben auch Anno 1530. §. Vnd dieweil in der Chriſtlichen/ꝛc. & §. Vnd weil in vielen Jahren/ꝛc. 1555. Speyer 1526. 1542. 1544. Nürnberg 1524. Regenſpurg 1542. 1557.

## A SACROSANCTA TRIDENTINA Synodo definita eſſe recipienda.

(c) Darumb Churfürſten/Fürſten/vnd gemeine Stände/ auch der abweſenden Bottſchafften vnd Räthe / auff vnſer propoſition diß Reichstags / jhnen gnädiglich fürgehalten/ den Puncten der ſtreitigen Religion/mit ſtattlichen vnd trefflichen

chen Rath / die deſſelben Hochwichtigkeit erfordert / erwegen. Sich auch aller derwegen/ hievor gepflegter Handlung/ Rathſchläg/ vnd was derhalben fürgefallen iſt/ bedächtlich erinnert/ vnd vns darauff jhr Wolmeinung/ vnd Bedencken/ vnterthäniglich in Schrifften eroffnet / darauß wir zu gnädigſtem Gefallen verſtanden / daß die Erörterung bemeldter ſtreitigen Religion/ für das allgemein frey Chriſtlich Concilium, ſo allbereit auff vnſer Anhalten vnd fürgewendten Fleiß / gen Trient indicirt,vnd daſelbſt angefangen/ gewieſen/ vnd ordentlich gehalten/ vnd continuirt werden ſoll / welches wir dann bey vns ſelbſt/für den ordentlichſten/Chriſtlichſten/ vnd ſicherſten Weg halten/vnd darbey achten/daß der Platz der Teutſchen Nation in mehr Weg nit vnbequem/noch vngelegen ſeyn/ vnd ſich deſſelben auch andere Nationen/mit Fug/gleicher weiß auch nicht zu beſchweren haben ſollen. Derohalben wollen wir vns zu allen vnd jeden Ständen / ſampt vnd ſonderlich allergnädigſt verſehen: ſie werden ſich ſolchem allgemeinen Concilio anhängig vnd vnterwürffig machen/vnd deſſelben Vergleichung/Erörterung vnd determination gehorſamlich erwarten/vnd annehmen/ auch derſelben geleben vnd nachkommen/ vnd alſo diß Orts den Fußſtapffen der heiligen Vätter vnd Eltern / ſo je vnd allwegen/in Glaubensſachen/ jhr Zuflucht zu den heiligen Concilien gehabt/ vnd ſich dieſelben weiſen vnd beſcheiden laſſen/ gutwilliglich nachfolgen / wie dann Churfürſten/ Fürſten vnd gemeine Ständ/ vnd der abweſenden Bottſchafften/ Räthen vnd Geſandten gemeiniglich ſich ſolchem angefangenen Concilio vnterwürffig zu machen / vnd deſſelben Erörterung zu erwarten vnd zu geleben/jetzterzehlter Geſtalt/ vnterthäniglich bewilligt vnd angenommen / ſich auch mit vns derwegen einmütiglich verglichen haben / welches wir von jhnen zu ſonderem gnädigſten Wolgefallen angenom̃en/2c. Et poſt pauca:

Dieweil auch der Hauptgrund dieſes Reichstags/auff Erhaltung deß heiligen Glaubens / vnd wahrer Chriſtlichen Religion/damit alle Stånd deß heiligen Reichs/fürnemlich durch Mittel deß Concilij wiederumb zu Chriſtlicher Einigkeit gebracht werden / vnd mittler Zeit Gottſeeliglich / friedlich vnd ruhig / bey vnd nebeneinander leben mögen / geſtellt iſt. So wollen wir darauff auff beſchehen vnterthänigſt anſuchen gemeiner Stånd/für vns ſelbs/auch in jhrem Namen bey Påpſtlicher Heiligkeit / dem Collegio der Cardinål / vnd wo es die Nohtdurfft erfordern würde/ zum höchſten bearbeiten/ vnd allen müglichen Fleiß anwenden / damit ſolch indicirt Concilium continuirt, den Sachen allenthalben Gottſeelich/ Chriſtenlich abgeholffen / vnd zu gutem End gebracht / auch die Teutſche Nation dardurch in gutem Frieden vnd Einigkeit erhalten werde/ꝛc.

Et infra. Vnd wir Churfürſten/Fürſten/Prælaten/Grafen vnd Herꝛn/auch der Churfürſten/Fürſten/Prælaten/Grafen vnd deß heiligen Römiſchen Reichs Frey-vnd Reichsſtädt Geſandte/Bottſchafften/vnd Gewalthaber/hernach benennt/ bekennen auch offentlich mit dieſem Abſchied / daß alle vnd jede obgeſchriebene Puncten vñ Artickel/mit vnſerm guten Wiſſen/ Willen vnd Rath fürgenommen vnd beſchloſſen ſeyn. Willigen auch dieſelbigen alleſampt vnd ſonderlich hiemit / vnd in Krafft diß Briefs/gereden vnd verſprechen/ in rechten/ guten/ wahren Trewen / die ſo viel einen jeden ſein Herꝛſchafft oder Freunde/von denen er geſchickt/oder gewalthabend iſt/betrifft/ oder betreffen mag/ wahr/ ſtet/ feſt/ auffrichtig/ vnd vnverbrochen zu halten/zu vollziehen/ vnd dem/ nach allem vnſern Vermögen / nachzukommen / vnd zu geleben / ſonder Gefehrde. Reichs Abſchied zu Augſpurg 1548. §. Vnd wir Churfürſten/ꝛc.

ſten/rc. Vid. Reichs Abſchied zu Speyer 1542. §. Alsdann auch die Päpſtliche Heiligkeit/rc.

# DAMNATAS AB ECCLESIA hæreſes etiam ab Imperio damnandas eſſe.

*(d)* Ariani, & Macedoniani, Pneumatomachi, Apollinariani, Novatiani, ſeu Sebatiani &c. Et paulò poſt. Et qui ad imam uſque ſcelerum nequitiam pervenerunt Manichæi, nuſquam in Romanum locum conveniendi morandiq́; habeant facultatem. Manichæis etiam de civitatibus pellendis, & ultimo ſupplicio tradendis, quoniam his nihil relinquendum loci eſt, in quo ipſis etiam, elementis fiat injuria. Cunctis quoque legibus, quæ eos ceteroſq́;, qui noſtræ fidei refragantur, olim diverſiſque temporibus latæ ſunt, ſemper viridi obſervantiâ valituris. L. Ariani 5. C. de hæret. & Manichæ.

Fridericus Dei gratiâ Rom. Imp. ſemper Auguſtus. Dilectis Principibus, cunctiſq́; populis, quos Clementiæ noſtræ regit Imperium, ſalutem & gratiam. ( & infra ) Statuimus itaque ſancientes, ut hæretici quocunque nomine cenſeantur, ubicunq; per Imperium damnati fuerint ab Eccleſiâ & ſæculari Judici aſſignati animadverſione debitâ puniantur. ( & infrà ) Simili quoque pœnâ plecti cenſemus omnes, quos ad fovendum hæreticorum errores callidus hoſtis ſuſcitat advocatos, vel parat illicitos defenſores, maximè cùm idem facinus, quos inquinat æquat, niſi monitione præmiſſâ deſtiterint, & eorum vitæ duxerint conſulendum. Conſt. 1. cont. hæret. Ann. 1221. n. 2. Item Conſtit. 2. quas refert Goldaſt. tom. 1.

Carolus V. Divinâ favente Clementiâ electus Rom. Imperator, ſemper Auguſtus, &c. Univerſis & ſingulis ſacri Romani Imperij Electoribus, alijſque Principibus tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus ( & infra ) Ex imperiali & Regia auctoritate, nec non conſilio & aſſenſu Electorum, & omnium Sacri Romani Imperij Principum, Or-

 dinum

dinum & Statuum in hac celeberrima & frequentiſſima Imperiali dicta Wormatia congregatorum ad perpetuam rei memoriam, exequendo ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ veri in hac parte judicis ſententiam, decretum & condemnationem in literis Apoſtolicis, ut ſuprà dictum eſt, ad nos directis, contentam, Martinum Lutherum ut membrum ab Eccleſiâ Dei ab alienatum, ut obſtinatum Schiſmaticum, & notorium hæreticum â nobis haberi declaramus, & ut talem à vobis omnibus & ſingulis habendum decernimus, & edicimus. Edict. Wormat. 8. Maij Anno 1529. n. 9. Goldaſt. tom. 1. Conſtit. Imper.

In nomine Domini noſtri Iesu Chriſti. Imperator Flavius Juſtinianus Alemannicus &c. Semper ſtudium fuit Orthodoxis & pijs Imperatoribus Patribus noſtris pro tempore exortas hæreſes per congregationem Religioſorum Epiſcoporum amputare, & rectâ fide ſyncere prædicata in pace ſanctam Dei Eccleſiam cuſtodire (& infra) Hortamur autem etiam illud diſceptare, quod unicè profertur ab ijs, qui dicunt non oportere poſt mortem hæreticos anathematizari, & ſequi in hac doctrinam Sanctorum Patrum, qui non ſolum viventes hæreticos condemnaverunt, ſed & poſt mortem, utpote in ſua impietate mortuos anathematizaverunt Anno 553. n. 1. & 11. Authent. Henr. ſeptimi de ſumma Trinit. & Fid. Cathol. An. 1312. relat. à Goldaſt. Tom. 3. Conſtitut. Imper. Reichs Abſchied zu Speyr 1529. 1544. Augſpurg Anno 1530. §. Darzu. & §. Nachdem.

EX.

# EXTRA HANC CATHOLicam Fidem nemo ſalvus eſſe poteſt.

## §. 13.

*Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt,* (a) *quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inviolatam, usq; ad extremum vitæ ſpiritum,* (b) *conſtantiſſimè DEO adjuvante retinere, & confiteri; atq; à meis ſubditis,* (c) *vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem NN ſpondeo, voveo, ac juro;* (d) *Sic me DEUS adjuvet, & hac ſancta DEI Evangelia.*

(*a*) Primum eſſe, & maximum bonum omnibus hominibus credimus, veræ & immaculatæ Chriſtianorum fidei rectam confeſſionem; ut per omnia hæc roboretur, & omnis orbis terrarum ſanctiſſimi Sacerdotes ad concordiam copulentur, & conſonè immaculatam Chriſtianorum Confeſſionem prædicent, & omnem occaſionem quæ ab hæreticis invenitur, auferant, quod oſtenditur ex diverſis conſcriptis à nobis libris & editis. Sed quoniam hæretici neq, Dei cogitant timorem, neq; interminatas talibus pœnas ex legum ſeveritate conſiderantes, diaboli opus implent, & quoſdam ſimplicium ſeducentes ſanctæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, adulteras collectas, & adultera baptiſmata latenter faciunt: pietatis exiſtimavimus per præſens noſtrum edictum monere eos, qui tales ſunt, quatenus & ipſi recedant ab hæreticiâ veſaniâ, & nec aliorum ani-

mas per ſimplicitatem perdant, ſed magis concurrant ad ſanctam DEI Eccleſiam: in quâ recta prædicantur dogmata, & omnes hæreſes cum principibus ſuis anathematizantur. Novel. 132.

Abſurdum enim eſſet cum una in omnibus Chriſtiana fides valeat, & unus ſit in confeſſione Baptiſmus per quem ad Dominum deducti ſumus, & eadem ſalus à nobis omnibus ſperetur (& infra) unus autem Dominus omnium, una fides, unum baptiſma. Conſt. Imper. Alex. Comnen. cap. 9. circ. med.

Nach dem aber Vns/ alß Römiſchen Keyſer/ vnd oberſten Vogt der Chriſtenheit / auß auffgelegtem Keyſerlichen Ambt gebührt/ wie Wir Vns auch ſchuldig erkennen / den H. Chriſtlichen Glauben/ wie derſelbig durch die H. gemein Chriſtliche Kirch biß anher ehrlich vnd löblich gehalten vnd vollzogen/ zu handhaben/ zu ſchützen/ vnd zu beſchirmen / auch Vnſer Keyſerlich Edict/ auff Vnſerm erſtgehaltenen Reichs-Tag zu Wormbs außgangen/ zu vollziehen. Haben Wir vns mit andern Vnſern vnd deß H. Reichs gehorſamen ChurFürſten/ Fürſten/ vnd Ständen endlich entſchloſſen/ auch für Vns vnd Vnſere Vnderthanen bewilligt/ vnd einander zugeſagt / vnnd verſprochen / bey dem alten / wahren / langen hergebrachten Chriſtlichen Glauben vnd Religion, auch deſſelben ehrlichen/ löblichen Ceremonien vnd Gebräuchen / in gemeiner Kirchen biß anher geübt/ feſtiglich zu bleiben vnd zu halten. Reichs Abſchied zu Augſpurg 1530. §. Nach dem aber ꝛc. Vide ſequentia.

## HÆC FIDES USQUE AD extremum Vitæ ſpiritum ſervanda.

(b) Carolus V. Imper. &c. ad Ordin. Imperij Wormatiæ congregatos. Non clam vos eſt me genus ducere à Chriſtianiſſimis Impe-

Imperatoribus illuſtris nationis Germanicæ, à Catholicis Hiſpaniarum Regibus, ab Archiducibus Auſtriæ, Ducibusq; Burgundiæ, qui omnes ad ſupremum uſque vitæ diem ſe fideles Rom. Eccleſiæ declararunt, ſemperq; Catholicæ fidei, ſacrarum Ceremoniarum, decretorum, conſtitutionum, ſanctorum morum pro Dei honore, pro fidei incremento, pro animarum ſalute propugnatores fuerunt. Qui vitâ functi nobis ex naturæ inſtinctu & jure quodam hæreditario ſacra, quæ diximus Catholica inſtituta quaſi per manus tradita reliquêre, ut eorum veſtigijs inſiſtamus, & in ijs etiam mortem oppetamus. Et nos quidem utpote majorum noſtrorum non fallaces imitatores, Deo nos bene juvante, in hunc uſque diem eo pacto viximus. Itaque ſtat ſententia tueri & propugnare quæcunque tum anteceſſores mei, tum ego ipſe huc uſque obſervavi, id autem vel maximè, quod per anteceſſores meos tam in Conſtantienſi, quàm alijs Synodis ſancitum eſt. Cùm verò in aperto ſit unum ſolum Fratrem hallucinari privata opinione deceptum, quæ quidem cum totius Chriſtianitatis ſententiâ pugnet, tam eorum, qui ante mille annos nos præceſſerunt, quàm qui in præſens vivunt, eaq; præ ſe fert Chriſtianos omnes hactenus ſemper in errore fuiſſe. Eam ob rem planè deliberatum eſt mihi regna mea omnia, Imperium, ditiones, amicos, corpus, ſanguinem, Vitam denique ipſam & animam impendere, ne improbus hic conatus longius progrediatur. Scriptum manu propria 19. April. Anno 1521. Vid. Carol. V. Reſcript. ad Proteſtant. 1530. 8. Septemb. Goldaſt. tom. 2. Conſt. Imper.

## HÆC FIDES A SUBDITIS tenenda.

(c) Cunctos populos, quos Clementiæ noſtræ regit Imperium, in tali volumus Religione verſari, quam Divum Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis, Religio uſque adhuc ab ipſo, inſinuata declarat, quamque Pontificem Damaſum, ſequi claret, & Petrum Alexandriæ Epiſcopum Virum Apoſtolicæ Sanctitatis: hoc eſt, ut

 ſecun-

ſecundum Apoſtolicam diſciplinam, Evangelicamque doctrinam, Patris & Filij & Spiritus Sancti unam Deitatem ſub pari Majeſtate, & ſub piâ Trinitate credamus. Hanc legem ſequentes, Chriſtianorum Catholicorum nomen jubemus amplecti: reliquos verò dementes, veſanoſque judicantes, hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere; divina primum vindicta, poſt etiam motus animi noſtri, quem ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus ultione plectendos. L. cunctos. 1. de ſum. Trin. & Fid. Cath.

Decere arbitramur noſtrum Imperium ſubditos noſtros de religione commonefacere, ita enim & pleniorem acquiri Dei ac Salvatoris noſtri Jesu Chriſti benignitatem poſſibile eſſe exiſtimavimus, ſi quando & nos pro viribus ipſi placere ſtuduerimus, & noſtros ſubditos ad eam rem inſtituerimus.

Sancimus igitur, ut omnia quæcunq; Porphyrius ſuâ pulſus inſaniâ, aut quivis alius contra religioſum Chriſtianorum cultum conſcripſit, apud quemcunq; inventa fuerint, igni mancipentur, &c. poſt pauca. His qui talia ſcripta aut tales libros habere aut legere ſuſtinuerint, ultimum ſupplicium experturos. L. Decere. 3. 1. §. ſancimus 1. C. de Sum. Trin. & Fid. Cath.

Dergleichen ſöll ſich männiglich / was Stands der ſey / diſer Vnſer Ordnung / Satzung vnd wolhergebrachten Chriſtlichen Gebräuchen / Ceremonien / vnd allem andern / was in der Chriſtlichen Kirchen biß anher löblich geordnet / geſetzt / vnd gebraucht / ſo vil vnſern H. Chriſtlichen Glauben vnnd Gottesdienſt berührt / gemäß vnd gehorſamb halten / vnd wider das alles kein Newerung fürnehmen / alles bey Straff Leibs / Lebens oder Guts. Reichs Abſchied zu Augſpurg 1530. §. Dergleichen ſoll ſich ꝛc.

## EGO IDEM SPONDEO AC Juro.

(d) Juro ego per Deum omnipotentem &c. poſt pauca. & communicator ſum ſanctiſſimæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Ecclesiæ:

cleſiæ: & nullo modo vel tempore adverſabor ei: nec alium quemcunque permitto. Novell. 8. Tit. 3. Jusjur. quod præſt. ab his qui admin. accip. Vid. L. Nemo vel. 15. Nemo militet. 20. C. de Epiſcop. audient. *L. nemo. C. de poſtul.* L. probatorias. 9. C. de diverſ. offic. & apparit judic. & prob. eor. L. Defenſores. ita 8. C. de defenſor. civit.

*S. Auguſtinus. Epiſt. 118. cap. 5.*

Quod totum per Orbem frequentat Eccleſia, diſputare num ita faciendum ſit, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt.

## MARTIANUS IMPERATOR A. PALLADIO PRÆFECTO PRÆTORII:

Injuriam facit judicio Reverendiſſimæ Synodi, ſi quis, ſemel judicata ac rectè diſpoſita, revolvere & publicè diſputare contenderit.

Habes hic, Academice Lector, ſtatus Civilis cum Eccleſiaſtico inconcuſſam, Dei beneficio, plurium ſeculorum, & nunquam interruptam concordiam, ex qua facile intelliges quid de Lutheranorum dogmatum Novitate judicatum & legibus Civilibus diſpoſitum ſit, & non ijs tantum, ſed eorum quoq; ſententia, ad quorum Tribunalia Lutherus cum ſubmiſſione provocavit: Comitia ſcilicet Wormatienſia, Auguſtana Anno 1630. &c. Pontifices Adrianum Sextum. tom. 2. Jenenſi, fol. 162. Leonem X. tom. 1. Ien. fol. 113. & 114. Theologos Pariſienſes tom. 1. Ien. fol. 139. Lovanienſes, Viennenſes, Concilium Tridentinum, Ieremiam Patriarcham Conſtantinopolitanum &c. quorum omnium condemnatoriam ſententiam, velut mortiferum aculeum ita Lutherus ſenſit, ut tom. 8. Ienen. fol. 250. uno ſcilicet ante mortem Anno, in brevi confeſſione exclamârit: Wir ſeyn durch Päbſtliche vnd Kayſerliche deß Reichs Edicten biß daher verdammet geweſt / ꝛc. quod ſenſu doloris non minore Melanchton

 que-

queritur, qui ipſis Comitijs Auguſtanis Anno 1530. interfuit, dum lib. 1. Epiſt. ad Joan. Oberburg / Secretarium Caroli V. ſic ſcribit:

*Triſti & atroci ſententia damnati ſumus.*

Imò ſolidè ex Dei Verbo Auguſtanâ Lutheranorum Confeſſionem, & Calviniſtarum dogmata ab eruditiſſimis Theologis refutata eſſe Carolus V. cum omnibus fere Statibus Imperij, pauculis exceptis, An. 1530. Auguſtæ declaravit, quorum ſcriptis nec Lutherus, nec Calvinus, nec Prædicantium ullus, uti nec ad meas duodecim propoſitiones quidquam ſolidè unquam oppoſuit. ad memoratorum igitur Judicum ſententias aberrantes Academicos remitto, & his ſimul annecto Reformatæ Religionis examen, cum duplici Syllogiſmo Apodictico, quo rationes adfero, quare Lutheraniſmo deſerto, Romana Catholica Religio ſit amplectenda. quæ omnia ubi legeris, Lector Academice, videbis facilè quæ tibi futura ſit ſecurior ad cælum via, ad quam Dei gratiam tibi ex animo precor.

Vale.

# FINIS.

# EXAMEN

*QUO*

Fundamenta Reformationis,

*A*

*Luthero & Calvino in Eccleſia, ut ipſi ja-ctant, inſtitutæ diſcutiuntur.*

Omnibus ejuſdem Sectæ Prædicantibus, ut quàm primùm ſolidè ad objecta reſpondeant,

*Propoſitum.*

CVM ADIVNCTO duplici Syllogiſmo Apodictico.

*PER*


R. P. JODOCUM KEDD, SOC. JESU.


*Zachar. 13. v. 9.*

Probabo eos ſicut probatur aurum.


*VIENNÆ AUSTRIÆ,*

Typis MATTHÆI RICTII, Anno M. DC. LV.

*S. Auguſtinus ad Oroſium.*

Quid opus eſt ire per amputandos ramos loquaciſſimi erroris, cujus radicem effodere atque extirpare compendium eſt?

AD MAIOREM DEI
GLORIAM
*ET*
ANIMARVM SALVTEM.

*Permiſſu Superiorum.*

*ILLUSTRISSIMO DOMINO,*

*DOMINO*

# ERHARDO FERDINANDO,

## Sac: Romani Imperij Comiti Truchſeſs de Wetzhauſen, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Camerario & Colonello,

*Nec non Vratislavienſis Ducatus Capitaneo, Domino ſuo honorando.*

CUm Hæreſes à fundamentis everſum eo, omniũ Converſionem Animarum ad unius Fidei Veritatem intendo, Comes Illuſtriſſime. Ferit enim commiſeratio medullas, quòd tam multi ſalutis ſuæ pretium intra errorum ponentes defenſionem, verum dijudicare ſive nolint, ſive non poſſint. Sicq; alterius pertinax in malo cæcitas, ſternit alteri gradum ad ruinam. Atque quemadmodum effecta quælibet ad ſuas Cauſas reducta Naturam clariùs demonſtrant: ita & Hæreſis (id quod S. Hieronymus acutiſſimè obſervavit) ſi ſuæ originis principia repetat & altiùs reflectat, non poterit lucem veritatis effugere, quin ſe deprehendat in Abyſſo perditionis æternæ. Hoc igitur quoad viribus eniti potui, laborandum mihi propoſueram, ut iſtô brevi examine, relictis rivulis ad fontem ipſum deveniens, ſingulis Heterodoxis oſtenderem, quam à malis cauſis, atque principijs propaginem ſuam traherent, neglecto veritatis omnis principio, quod eſt Chriſtus & Eccleſia, cui meo propoſito quoniã frivolè ſimul & frigidè ſe Micrelius & Waldtſchmidt oppoſuerunt, quorum alter Te quoq; impudenter, abundè licet à Te repreſſus, aggredi non erubuit,

Reſponſiones eorum denuo ad idem examen à me vocatas, ad Te quoq; iteratò redire volui. Tu interim Illuſtriſſime Comes, laboris mei conatum eo promoveas pietatis affectu, quem omnibus rem Catholicam propugnantibus exhibere ſoles. Et quæ ingenij tui ſubtiliſſimi, acutiſſimiq; rara dos, & fervoris incenſiſſimi mira virtus eſt, ipſe fidei propugnator acerrimus ſtas contra hoſtium irruptiones, ac Micrelium nuper argutantem contra te, & ogganientem, litteratiſſimis tuis, & judicio plenis ſcriptis, breviſſimo quidem, ſed acutiſſimo ac ſolidiſſimo reſponſo præclarè fulminâſti. Hoc tibi gratior accidam, quòd ſacræ tuæ, ac Cœli Triumphis dignæ militiæ me commilitonem adjungam, non qui ſuppetias ullas minimè indigenti feram, ſed qui Victoris feliciſſima legens veſtigia de palmis tuis inſultem hoſtibus, tibiq; de hoſtibus trophæa ſtatuam. Effecit Deus optimus maxlmus per te ut ſapientiſſima Conſiliorum tuorum directione, jam plures magnæ animæ repudiatâ hæreſeos caligine, Solem Catholicæ veritatis velut ſidera imbiberint.

Quàm Vellem ut Romani Cœlum Imperij te velut Phoſphoro præcedente, Soli huic lacteam ad fœliciter exſpaciandum viam in illuſtribus pluribus animis velut Germani Zodiaci nobiliſſimis ſignis aperiret, ad ſinceræ lucis radios per omnem latè Germaniam diffundendos. Ita Tu Illuſtriſſime Comes deſideras, & ego voveo. Viennæ Anno ſalutis, 1655.

*Illuſtriſſimæ Dominationis Veſtræ*
*Devotiſſ: Servus in Chriſto*

Jodocvs Kedd, Soc. Jesv.

# EXAMEN LUTHERANÆ REFORMATIONIS.

Uandoquidem è Lutheri ſecta prædicantes, ſeſe paſſim Evangelii vindices atque Eccleſiæ Reformatores, apud imperitam maximè plebeculam, jactitant: illis ego antehac in hoc Examine ad veritatis Tribunal diem dixi; ut illa, velut æquiſſima rerum arbitra, in re tanta, tam dubia, toties agitata, pro ea tandem parte decerneret, quæ cauſam ſuam optimis ſtabilitam comprobaſſet argumentis.

Reſpondit quidem Micrælius & Waldſchmied verba multa, quantum ad rem, paulò poſt videbimus, ſi paucula quædam Notabilia pro lectore dirigendo claritatis cauſa præmiſerimus, quæ Micrælius, & alii Lutherani Prædicantes, libenter ſolent tenebris involuere, ne præſtigiæ eorum & fraudes ad lucem tractæ ſe ipſis cadant.

Notandum igitur I. quando Chriſtus voluit fundare Eccleſiam, quam acquiſivit ſanguine ſuo, voluiſſe utique inſtituere non Babilonicam confuſionem, ubi nullus ordo, nulla eſſet ſubordinatio, nulla ſubjectio, nullus Magiſtratus, nullus, qui adiri poſſet judex, &c. ſed talem Eccleſiam quæ tanto copioſior eſſet in gratiâ, in ſanctitate vitæ excellentior, in Sacramentorum efficacia præſtantior, in adminiſtratione ordinatior, in doctrina certior: quâm prior fuerat Dei

Eccleſia vel ſub lege naturæ, vel ſub ſcripta Moyſis, quanto præſtantior excellentiorque eſt, umbrâ adumbratum, figuratum figurâ, promiſſum promiſſione.

I I. Non omnia vel ad fidem, vel ad mores, creditu ſcituque neceſſaria, ab Evangelicis & Apoſtolicis eſſe ſimul & ſemel omnia litteris conſignata: ſed quædam, ſucceſſu temporis, occaſione hæreſum naſcentium eſſe deinde deciſa, v.g. circumciſionem non eſſe neceſſariam ſidelibus, uti nec reliquis legis antiquæ ceremonialibus eos obligari, Actor. 15. Ubi tamen juſſi fideles abſtinere ab immolatis ſimulachrorum, ſanguine & ſuffocato, &c. quædam ſine ſcripto ab Apoſtolis in ſtabilem traducta conſuetudinem, de manu, ut ajunt, in manum tradita, & conſtanti Eccleſiæ ac nunquam interrupto uſu ad nos perveniſſe, qualia Apoſtolus innuit 2. ad Timoth. 2. cùm ait: *Tu ergo fili mi confortare in gratia, quæ eſt in Chriſto IESU; & quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Ubi Apoſtolus expreſſe, non de ſcriptis loquitur, ſed auditis: & qualia deinde fuerunt, uſus cœnæ Domini tempore matutino, abrogatio Sabbathi & inſtitutio diei Dominicæ, feſta pentecoſtes, Paſchatis, Nativitatis Domini, & deinde Apoſtolorum, &c. quædam etiam uſitata primùm, deinde juſtis de cauſis ſublata; ut comeſtio in templis publica profanorum ciborum, &c. quædam prohibita primum lege poſitivâ, ut abſtinentia à ſanguine & ſuffocatis, quæ deinde abrogata, uſu ipſo Eccleſiæ approbante, deſierunt obligare fideles.

I I I. Fuiſſe Eccleſiam velut Rempublicam benè ordinatam, in qua Actor. 20. *Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, & attendere ſibi & univerſo gregi.* Et Chriſtus teſte Apoſtolo ad Eph. 4. *Dedit quosdam quidem Apoſtolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores, ad conſummationem Sanctorum in opus Miniſterij, in ædificationem Corporis Chriſti, &c.* Cujus rei cauſam dat, ut ſcilicet, *non circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in Aſtitutia ad circumventionem erroris.* Et Apoſt. Paulus ad Tit. 1. ait: *Hujus rei gratiâ reliqui te Cretæ, ut ea, quæ deſunt corrigas, & conſtituas per civitates Præsbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.*

IV. Juſ-

IV. Juſſiſſe Chriſtum, ut Petrus paſceret ejus oves, ſine cujuſquam, nec aliorum quidem Apoſtolorum, qui utique oves Chriſti erant, ullâ additâ exceptione: Chriſtum S. Petro promiſiſſe, quod ejus fides non eſſet defectura, fides, inquam, non mores, & vita, quæ & alia, etſi Hæretici nolint intelligere de Primatu Petri: hoc tamen velim advertas Lector, S. Petro primatum in Eccleſia uti & ejus Succeſſoribus Pontificibus Romanis non primis tantum ſeculis, poſt Chriſtum & Apoſtolos proximis, ſed omnibus ſequentibus ad nos uſque ab omnibus, qui ſe Chriſtianos nominarunt eſſe conceſſum, & reverenter agnitum: omnibus, inquam: cui nihil obſtat, quod diverſis temporum intervallis à Romanorum Pontificum obedientiâ, & totius omninò Chriſtianæ Eccleſiæ unione receſſerint, & Primatum eorundem deinde impugnârint. Epiſcopi Arriani, Firmilianus cum alijs Africæ & Cappodociæ Epiſcopis, uti & plerique Orientales, ac priore denique ſeculo Lutherus, Calvinus, alijq;, in quos hi mox diviſi ſunt, hæretici: nihil, inquam, hoc obſtat; omnes enim iſti, quando vel Epiſcopi vel Præsbyteri ordinati ſunt, dependenter à Romano Papâ ut capite univerſalis Eccleſiæ, ut infallibili omnium controverſiarum Judice, ordinati ſunt, ejuſq; ſe ut ſummi univerſalis Eccleſiæ Paſtoris, & Chriſti in terris Vicarij, obedientiæ ſubjecerunt, & in ea multo tempore perſtiterunt. Ubi velim, tibi Myſterium prædicanticæ Hæreticæque fraudis detegi patiaris. quæ enim cauſa fuit his omnibus, ut contra conſtanter ab Apoſtolis ad nos uſque, ut dixi, Summorum Pontificum agnitum in Eccleſia Primatum inſurgerent, ſeque ab Eccleſiæ unitate ſepararent, ac in dubium vocarent Chriſti, S. Petro & ejus Succeſſoribus, ſecundum unanimem Conciliorum, & SS. Patrum conſenſum, factas in ſacris Evangelijs promiſſiones? ſi rectè rem ſuis momentis ponderes, nihil invenies aliud, quam ſuperbiam, & proprij Judicij pertinaciam, ac temporalia quædam, quæ inde ſperabant commoda. Cum enim ſurgentes Hæreſiarchæ viderent, uſitato ab Apoſtolis & Eccleſiâ more, ſuas, quibus pertinaciter & ſuperbè inhærebant, opiniones facilè damnandas, ac primo ſtatim in ſemine ſuffocandas, hoc omnes & ſemper egerunt, ut contra Iudicem exciperent, ſeq; ſecularium Regum aut Principum potentiâ, obiecto lucri alicujus, veluti pingui & ſapido

bolo; aut plebis favore,propoſitis vitæ liberioris ac licentiæ commodis, munirent, hocque efficerent, ut, Judicis authoritate repreſsâ, pro ſuâ quiſque libidine impunè doceret, quod vellet, viveret, ut liberet: denique re ipſa ſuperbè abuterentur omnes arreptâ poteſtate, quam Pontifici per nefas, Principum potentiâ confiſi, dolosè negarunt, eâque tam licenter abuterentur,ut plus ſibi,à tot ſeculorum, Conciliorum, SS. Patrum conſenſu recedentibus, ſuperbè arrogarent, quam unquam ab Eccleſiâ Romanâ Catholicâ Pontificibus tributum fuit. Quod certèaliud non eſt, quàm ſi quis juratus Imperij ſubditus, lite aliquâ ſurgente, contra ſuum non tantum in Saxonia, v. g. Principem, ſed contra Imperatorem ipſum, totaq; Imperij Comitia excipere vellet,cum judicem tamen alium habeat in terris nullum, ſed ad Codicem legum provocaret, eumque intelligi vellet in ſuum commodum,contra totius Romani Imperij ſenſum; ac ſi plus ille ſaperet, quam hi omnes. quis talem non ſtultum diceret, & malæ cauſæ nequiſſimum Patronum,mille crucibus dignum.

Unde ſi accuratè doctrinam Prædicantium ad principia revoces, nullo alio fundamento eorumdeliria nixa invenies, quàm quia ita Lutherus, ita ipſi volunt & ſentiunt, tanquam tota antiquitas, omnes Sancti Patres erraverint, quia errare ſinguli potuerunt, ipſi nequaquam poſſint non tantum omnes, ſed nec ſinguli, quia ita ipſi aſſerunt; hinc adeò Lutherus in ſuis diviſus eſt, ut, cum ubique Lutherum clament, neſcias omnino quis verè Lutheri ſit. Ipſi enim ſibi volunt eſſe judices, dum ſolam, judicem, clamant, ſcripturam, quam ad ſuum quiſque cerebrum, ad ſuas quiſque ſententias, ut vult trahit & accommodat, ab omni Judice, & cenſore ſecurus, modo Lutheri exemplo (qui & Papæ & Concilio ſe ſubjecit quidem, ita tamen, ſi conformiter ſcripturæ judicaretur, judicatus autem & damnatus, excepit; quia ſcripturam à Iudicibus intelligi ſecundum ſuum ſenſum voluit, adeoq; re ipſa ſuperiori ſe judicio ſubmiſit, ſi illud ſuo ſe judicio accommodaret. quod aliud dicere non erat, quam: ſubmitto me non vobis, ſed mihi, cui ultimatum judicium reſervo, nec ulli me alteri ſubmitto) ita cautus ſit, ut Principis cujuſcunque favore, in ejus ditione ſit defenſus.

V. No-

V. Notes velim, quid nomine Eccleſiæ Catholicæ, aut univerſalis venire velim, quando eam cum Catholicis, conformiter ſcripturæ & Dei promiſſis, à periculo erroris abſolvo. Non enim accipio Eccleſiam inviſibilem triumphantem iam beatorum; apud illos enim, quia ſecundum Apoſtolum fides evacuata eſt, & in ejus locum viſio ſucceſſit, nec error in fide locum habet, nec de ijs accipi poſſunt Chriſti promiſſa, quando contra ſuam Eccleſiam pollicitus eſt portas inferi non prævalituras, cumque eâ ſe manſurum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi, eam ſe à Spiritu Sancto doctum iri omnem veritatem &c. Neque de imaginaria Eccleſia inviſibili, prout in ſingulorum fidelium cordibus, actus fidei quidam latentes exiſtunt; de ijs enim veluti ſingularium hominum, non loquuntur loca Scripturæ, notabili tertio allegata, ſed de Eccleſia viſibili, quæ ſenſibili ſcriptorum, verborumq; miniſterio ab Apoſtolis, Prophetis, Evangeliſtis, Doctoribus, Paſtoribus, viſibilia Chriſti & Eccleſiæ membra inſtruit, ſecundum illud Actor. 20. & alijs ſupra citatis locis, docendo, inſtruendo, corrigendo, leges utiles ferendo ſenſibiliter, hominibus ſenſibilibus, & ſenſu utentibus. ut ſatis inſaniam eorum mirari nequeam, qui ſuis delirijs tuendis ad inviſibilem quandam Eccleſiam confugiunt, quam ne ipſi quidem, qualis ſit aut eſſe debeat, explicare poſſunt, alijs quam tenebras amantibus, quiq; ſe invicem ſcabunt, ut Mulus Mulum. ſed eum ſub nomine univerſalis Eccleſiæ, intelligo fidelium omnium cœtum, qui ſub uno viſibili, univerſali capite & ſubordinatis ei adhærentibus Prælatis, & aliarum particularium Eccleſiarum Epiſcopis totam conſtituit communitatem Chriſtianam & univerſalem Chriſti Eccleſiam, ſicut particularem quandam Eccleſiam conſtituit certi alicujus territorii fidelium cœtus, ſub uno item particulari Epiſcopo velut capite, & adhærentibus ei, ac ſubordinatis Prælatis, habentque ſinguli ſe ad ſuos Epiſcopos & Prælatos, ſicut Saxones v. g. ad ſuum Principem & ejus Conſiliarios; Hi autem omnes ſimul cum ſuis Prælatis & Epiſcopis, ſicut Saxones cum ſuo Principe ad Romanum Imperatorem, ita ut aliquo modo in Eccleſia ſint Concilia, quod in Romano Imperio Comitia Imperialia: & ſicut Romanus Imperator Ferdinandus III. ut Archidux Auſtriæ, eſt peculiaris Princeps & particulare caput

 pro-

provinciarum Auſtriacarum, & tamen ſimul Princeps ac caput univerſale, totius Imperii : Ita Pontifex Romanus eſt particularis Epiſcopus Eccleſiæ particularis Romanæ, & ſimul Epiſcopus univerſalis totius Eccleſiæ, quæ à Roma velut capite Orbis, propter prærogativam Principalitatis, Romanæ denominationem accepit Eccleſiæ. Hujus inquam Eccleſiæ regimini, non ſinguli tantum fideles, ſed ſingulæ etiam particulares Eccleſiæ, ut in Republica ſapienter ordinata, tanquam legitimo Magiſtratui à CHRISTO ipſo & Apoſtolis, ut in notabili 3, oſtendi, inſtituto, ita obedire tenentur, ut ſi inobedientes & refractariæ ſint, illis dictum ſit: *qui Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* & illud S. Auguſtini, *Deum non habebit Patrem, qui Eccleſiam noluerit habere matrem.* de his quoque univerſalis Eccleſiæ Capitibus acceptum volumus, quando dicimus Eccleſiam univerſalem ex vi promiſſionum Chriſti errare non poſſe, ob infallibilem aſſiſtentiam Spiritus Sancti; non de particularium Eccleſiarum Epiſcopis & Prælatis, niſi in quantum conjuncti manent cum univerſali Eccleſiæ Paſtore, & ejus legitimo Eccleſiaſtico Magiſtratu. qui, ſic acceptus, ſi fallere nos poſſet quando, eo quo dixi modo, vel dubium nobis aliquem ſcripturæ locum explicat, vel aliquam in fide aut moribus controverſiam decidit, tota Chriſtiana fides in immenſum aliquod dubiorum chaos præcipitaretur, & vix aliquid eſſet in rebus ad ſalutem certum. quod vel inter ipſos adverſarios, ſine ullo fine & ſecurâ determinatione, inter ſeſe digladientes, quia ab hac fidei & credendorum regulâ receſſerunt, ad oculum patet. contrà : ſumma eſt inter Catholicos concordia, in omnibus ijs quæ de fide ſunt, eſtque velut in Republicâ benè ordinatâ & à Spiritu Sancto inſtituta & directa, quarumcunque controverſiarum, ſecura determinatio, quam ſequitur ſumma inter nos quies & divina pax : ut ſperare certâ cum fiduciâ poſſimus, fore nos, ſi fidei vita reſpondeat, beatos illos pacificos, qui filij DEI vocabuntur. His poſitis, examen huc meum repeto, Micrelij & Waldtſchmidt reſponſiones ſecundum principia, hiſce notabilibus expreſſa, ad lucem tracturus, ut judicet Lector, egone an illi obſcuriores ſint & tenebrarum amantiores.

Ergo

Ergo initium facturus, illud primum ab adverſariis contenderam : Quænam illa eſſet Eccleſia, quæ hoc illis tam præclaræ reformationis beneficium deberet ? Communisne ac univerſalis ? quam Catholicam dicimus : an particularis ? extra quam quidem tertiam, nullam, niſi fortè aliam in Lunæ concavo inanes machinatores ſibi effinxiſſent, agnoſceremus.

De Catholica dixeram, credere me, quod abnuerent ; neque enim eos exiſtimabam tales, qui illud ſymboli Apoſtolici aut negarent, aut ignorarent : *Credo unam, ſanctam, Catholicam Eccleſiam*. Quod ſi enim ſancta, hoc eſt, integra, incorrupta ? quomodo errori aut Idololatriæ, in cujus, ut ipſi ajunt, excidium laborant, obnoxia, aut reformationis indiga ? alterutrum autem dicatur neceſſe eſt, aut univerſalem Eccleſiam, ſanctam utpote, nec reformatam eſſe, nec reformatione indiguiſſe : aut, ſi reformatione indiguit & reformata eſt, ſanctam non fuiſſe, quod eſt contra Symbolum : Portis inferorum ſuccubuiſſe ; quod eſt contra promiſſionem Chriſti, Matth. 16. ℣. 18. Chriſtum usque ad conſummationem cum ea non permanſiſſe ; quod eſt contra illud Matth. 28. ℣. 20. Eam à Spiritu ſancto non eſſe doctam omnem veritatem ; quod eſt contra illud Johan. 16. ℣. 13. Non eſſe columnam & firmamentum vetitatis ; quod eſt contra Apoſtolum 1. Timoth. 3. ℣. 15.

Aliqui quidem hic ad frivolas diſtinctiones confugiunt, ſolam inviſibilem Eccleſiam ab erroris periculo abſolventes : Viſibilem non item : imò hanc erraſſe & reformatam aſſerunt à Luthero. Inviſibilis autē Eccleſiæ nomine alij accipiunt triumphantem, alij Electos ſolos. Verùm, citatas modò Chriſti promiſſiones ad militantem ſpectare Eccleſiam, nemo non videt ; quid enim alias ſolatij Chriſtus victuris adhuc dediſſet Apoſtolis ? ad ſolos Prædeſtinatos quod attinet, nec de illis Chriſti promiſſiones accipi poſſunt, quando de Eccleſia totâ agitur ; ſunt enim omnes Prædeſtinati etiam in Eccleſia viſibili : ſi igitur tota Eccleſia Viſibilis errare poteſt, poterit & illa illorum Inviſibilis errare, quia omnes Prædeſtinati, qui ſecundum illos, inviſibilem illam Eccleſiam conſtituunt, ſunt etiam in Ecleſia Viſibili. unde quilibet ratione utens facile videt, quàm nugatorium, contradictorium, inviſibile ſit hoc inviſibilitatis effugium.

Plura

Plura huc facientia, inveniet Lector in Notabili. 5. & in prima mea examinis editione hîc.

Manet ergo Eccleſiam univerſalem aut reformari non potuiſſe, aut, ſi reformata eſt, veritatem fefelliſſe.

Waldſchmid in libello quem nominat Abtruckmung der Reddiſchen Schmieds Laug/pag. 92. ad primam hanc, de univerſali Eccleſia quæſtionem, an errare & reformari potuerit? ait: negativam reſponſionem meam bonam eſſe, neque univerſalem à Lutheranis, ſed particularem Eccleſiam reformatam eſſe, quod accepto: cauſam tamen quare univerſalis Eccleſia errare nequeat adeoque nec reformari, in articulis fidei, à me in ſanctitatem Eccleſiæ, &c. refuſam, eo usque bonam eſſe, quando Eccleſia univerſalis conſideratur ratione allegatarum promiſſionum divinarum, quarum intuitu non erret, ſed nec errare poſſit in fundamentalibus fidei articulis. Quod ſi autem conſideretur ratione ſui, ait: & in quantum eſt cœtus infirmorum hominum, errare poſſe etiam in fundamentalibus fidei articulis, licet non in omnibus & ſingulis ſuis membris, & hoc reſpectu, eam non eſſe in ſanctitate perfectã, & reformatione indigere poſſe, ubi Lector advertas velim Waidſchmidianas ineptias. Neq; enim ego infallibilitatem & ſanctitatem univerſalis Eccleſiæ in humana fidelium infirmitate fundavi, ſed in allegatis Chriſti promiſſionibus, per Spiritus S. promiſſam aſſiſtentiam, infirmitatem noſtram ab omni prorſus errore liberantem; quod autem Eccleſiam univerſalem ait errare poſſe in aliquibus membris ſuis, licet non omnes & ſinguli: fraudulenta eſt nominum abuſio; etſi enim erret aut errarit non tantum hic, vel ille, ſed una vel plures etiam particulares Eccleſiæ v. g. Wittenbergenſis &c. non ideo dicitur errare Eccleſia Univerſalis. quod autem dicit, non omnia & ſingula Eccleſiæ membra errare in fide poſſe, rectè ait, ſi id intelligat de illis præcipuè, quos ſecundum Apoſtolum Actor. 20. *Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, Regere Eccleſiam Dei.* juxta 4. & 5. Notabile.

Verùm, dicet fortaſſe hîc aliquis: poſſunt ſinguli fideles, imò & ſingulæ particulares Eccleſiæ in fide errare, ergo poſſunt etiam omnes errare in fide. ergo & tota univerſalis Eccleſia. Reſpondeo ad antecedens cum diſtinctione: poſſunt ſinguli & ſingulæ errare di-

ſtribu-

ſtributivè, hoc eſt, vel hæc, vel illa, vel alia particularis Eccleſia, concedo antecedens, poſſunt ſingulæ copulativè errare, hoc eſt & illa, & alia & reliquæ &c. nego antecedens. conſequens eodem modo diſtinguo: ergo omnes errare poſſunt diſtributivè concedo conſequentiam, omnes copulativè nego conſeq. Sicut & abſolutè nego illationem alteram: idq; propter promiſſiones Chriſti. Rem exemplis declaro: Gen. 22. promiſit Deus ex ſemine Abraham, adeoq; ex una tribuum Iſrael, Meſſiam naſciturum, & Luc. 2. Simeoni, non moriturum niſi viſo Chriſto. hiſce promiſſionibus ſuppoſitis, licet omnes tribus diſtributivè mortales fuerint, & interire tota potuerit vel tribus Manaſſe, vel Levi, vel alia quæcunq;: & licet omnia Simeonis membra diſtributivè corruptibilia fuerint, & pes ejus vel manus, oculus dexter vel ſiniſter, vel aliud membrum in eo perire potuerit, impoſſibile tamen fuit, propter Divinarum promiſſionum infallibilitatem, copulativè omnes tribus Iſrael, vel omnia Simeonis membra, interire, aut hunc utroque oculo orbari, ante impletas Dei promiſſiones.

Ad Micrelium venio, qui primò me reprehendit, quòd fidem Patri luminum acceptum referam, & Dei donum agnoſcam, quo illuſtratus homo firmiter credit omnibus, quæ Deus quomodocunque revelavit. non miror equidem Micreli, quod hanc meam confeſſionem carpas, utpotè qui nondum expertus es hoc Dei donum, adeoq; & ignoras, & fidem tuam, non Divinam ſed humanam eſſe, & in proprij ac fallacis cerebri ſcripturarum interpretationibus totam quantam fundari fortaſſe agnoſcis, ut fuſius explicavi in paræneſi meâ, auctiùs hoc anno recusâ ad propoſitionem 3. & 4. Quod Papam à nobis Deificatum dicis, alia refutatione non indiget, quam quod te mentiri aſſeram, ut facis impudentiſſimè, quando id alijs affirmas, quod melius ipſemet noſti. plures deinde calumnias tuis reſponſis præmittis, credo ut apud farinæ tuæ familiares conſuetam captes benevolentiam, quæ ubi ad rem venero, uti ſorex ſe ipſas prodent.

Multa quoque de ſignificato, *Eccleſiæ Univerſalis, & Particularis* verboſè diſſeris: quam ſecundum ſcripturam, ſanctos Patres, rectam rationem, invenies in 3. 4. & 5. notabili, ad quæ te, cum lectore remitto, ne eadem cogar ſæpius repetere. Hoc tamen diſcas Micreli,

creli, malè te Eccleſiam ideo Univerſalem dicere, quod credat omnia univerſim, quæ Apoſtoli docuerunt; quod ſi de fide Divinâ diceres, tangeres aliquid. æque etiam imperitè carpis, quod impios habeam pro membris Eccleſiæ Catholicæ; ab illius enim gremio ſolos infideles excludo. Ubi miror tam te eſſe blaſphemiæ tuæ immemorem, cujus te convici in reſponſione tua 1. & 2. ad meas duodecim propoſitiones proximè recuſas. ubi tu non tantum impios quo ad mores & vitam, ſed etiam Hæreticos in fide tibi contraria docentes, veræ doces eſſe membra Eccleſiæ, ut Chriſtum blaſphemè dites. Addis etiam Eccleſiam Univerſalem errare in certis fidei capitibus, & ſordes ſuperſtitionis aut Hæreſeos puritati Fidei admiſcere, & in periculo totalis à Chriſto divulſionis verſari, licet aliquali fide adhuc cohæreat Chriſto. quod primum, aliud dicere non eſt, quam totam quantam à Chriſto divelli poſſe Eccleſiam, quod quam clarè è mendaci tuo cerebro aſſeras, contra manifeſtas Chriſti promiſſiones, oſtendi Notabili 3. 4. 5. ſecundò, ex hac tua Reſponſione, nonne vides contradictiones ſequi? eſſet enim eadem Eccleſia fidelis quia per fidem, ut dicis, adhuc cohæreret Chriſto, & eſſet non fidelis, quia, ut dicis, eſſet Hæretica & ſuperſtitioſa. & nonne ſcis, illum qui vel in uno articulo fidei Chriſto non credit, illum totâ fide excidiſſe, quia infallibilem & æternam veritatem credit errare poſſe, dum vel uni veritati revelatæ non credit. adeoq; ignoranter me arguis, quod dixerim Eccleſiam quæ in fide reformari indiget, hoc eſt errat, Eccleſiam non eſſe. Denique cum fide confundis mores, immemor quod Chriſtus dixerit, ſe rogaſſe pro Petro, ut ejus fides non deficeret, de moribus non dixerit. Si autem per mores intelligas moralem doctrinam, quæ ut neceſſaria directio toti Eccleſiæ proponitur, ſic Eccleſia æque, ex promiſſione Chriſti, infallibilis eſt, quod falſam & erroneam de moribus doctrinam toti fidelium cœtui non proponat, quia fundamentum & Magiſtra veritatis, nequit, ſi vera Chriſtus promiſit, eſſe Magiſtra erroris, quia non eſſet à Spiritu Sancto docta omnem veritatem. Subnectit, me Sophiſticis ambiguitatibus laqueos ſtruere, abutendo ſignificationibus horum terminorum: *Eccleſia, ſancta, Catholica, univerſalis, errori obnoxia, reformationis indiga.* Quæſo, quæ ambiguitas in claris propoſitionibus?

quas,

quas, etſi declaratione non indigent, in Tui tamen gratiam in notabilibus ita explicavi, ut ſperem ſtudioſum Rhetorem intelligere, taceo Theologum, qualem te ſatis imperitè jactas. Dicit tamen adhuc Micrelius præliminarem meam, & velut extra numerum poſitam quæſtionem, terminos habere binarios & ternarios. quare hoc? Eccleſiam Catholicam dicit eſſe ens aggregatum: quid deinde? ergo baculus ſtat in angulo. Sed nunquid huic propoſitioni immediatè præmiſeram, eam procedere tantum de Eccleſiâ Catholicâ univerſali, & una? nunquid vel Rhetor intelliget univerſalem ſanctam Eccleſiam, & ipſis terminis diſtingui contra particulares? quæ quomodo ſanctæ & erroris etiam expertes ac Catholicæ, & quādo dici poſſint, etſi Theologo declarari neceſſe non eſſet, habes tamen infelix Philologe Micreli in Notabili 5. quando ſcilicet & quamdiu manent cum univerſali Eccleſiâ inſeparabiliter conjunctæ. Pergit adhuc Micrelius cum ventis pugnare, dicitque debuiſſe me potius quærere, an in Eccleſiâ illa quæ Catholica eſt, id eſt, univerſalis, univerſaliter diſperſa per univerſum orbem, ſint cœtus aliqui, qui reformatione indigeant, & ita ait purgatis terminis rem claram futuram. ita eſt Micreli, ſi cum pueris ſciviſſem mihi rem futuram, planè tot verbis uſus fuiſſem, ſed & ſi cum illis mihi res fuiſſet, intellexiſſent totum hoc quod dicis, quando in quæſtione præambula dixi, credere me, quod abnueretis unam, ſanctam, Catholicam (quam immediatè ante ut univerſalem contra particularem diſtinxeram) Eccleſiam reformatione non indigere. & in ipſis deinde quæſtionibus primam exorſus ſum de Eccleſiâ particulari. ſed tædet in rebus tam claris & facilibus, tam pueriliter verboſo homini pluribus reſpondere. Arguit etiā Micrelius cum Waldtſchmidt, quod verba Lutheri male citaverim, aliqua omiſerim, ſed quam mendaciter uterque, facilè videbit qui leget locum ex tomo à me citato. in quo tamen loco ſufficit mihi Lutheri confeſſio, quod vera Catholica Chriſti Eccleſia errare non poſſit, & infallibilis ſit, quomodo autem & reſpectu quorum, jam dixi in notabili 4. & 5. quam autem grande mendacium ſit illud Micrelij, cum dicit, docere Lutheranos ſolum Dei verbum, oſtendit in Myſterio fraudis Mûlmannus, & ex eo ego in memoratâ, ad meas 12. propoſitiones, reſponſione 3. & 4.

Miror etiam, Micreli, quod ea me doceri velis, quæ apud nos adoleſcentibus in Catechiſmo traduntur: Eccleſiam ſcilicet triumphantem & militantem, unam adæquatè conſtituere Chriſti Eccleſiam; quis enim hoc negat? etſi promiſſiones Chriſti Notabili 3. allatas negat convenire Eccleſiæ militanti: quam ſolam ſi per inviſibilem Tu intelligis, an ideo etiam omnes Tui eam ſolam intelligunt, quando tenebras inviſibilitatis obtrudunt? in Syllogiſmo vero hoc meo; *Illi Eccleſiæ promiſit Deus, portas inferni contra eam non prævalituras, à qua fideles ſuos regi voluit: ſed à Viſibili Eccleſia Deus voluit ſuos regi: ergo Eccleſiæ Viſibili Deus promiſit, portas inferni contra eam non prævalituras, & non ſolum inviſibili.* niſi mihi quatuor terminos oſtendis, ferulam mereris. nihil aliud pro eo adduco, ſolum ad Philoſophos, imò dialecticos bonos provoco, tu enim eos eruere quantumvis coneris & te fatigas, fruſtra adhuc fuiſti, nec videris intelligere quid ſint termini complexi: unde ad lauream Doctoralem te admiſſam miror, qui nec Magiſtrali dignus es, quia vim terminorum non intelligis. An mea altera illatio ex præmiſſis prioribus non ſequatur, facilè judicabit, qui ſtupor non eſt. Lepidum quoque mihi fuit legere, quando Micreli promiſſiones Chriſti Notab. 3. citatas, legi te accommodare ſingulis fidelibus, quaſi ipſis factas independenter à conjunctione cum Eccleſia, quod ſi non dicis, nihil contra Illuſtriſſimum Dominum Comitem dicis, ſed nugaris. quomodo autem promiſſiones illæ Eccleſiæ & quomodo fidelibus factæ ſint, iterum te remitto ad 3. 4. & 5. Notabile. Si autem ſingulis fidelibus eo quo dixi modo factas eſſe pertinaciter tueri volueris, manifeſtè inferri poteſt ex hoc ſequi, nullum poſſe ſi fidem ſemel habet, eam amittere, adeoque nec Eccleſiam poſſe illam amittere, & conſequenter cadere totam Veſtræ reformationis inſaniam. quando ad univerſale Philoſophicum accedis, nimium quantum inſcitiam tuam prodis, neque enim univerſale philoſophicum ad rem ſubſtratam, niſi valdè imperitè, accommodas, neque eas illationes apud me invenies, ſicut tu eas deducis, cogorque iterum te ad Notabilia ablegare ſæpius citata, quia iterum in ſignificato Eccleſiæ, cui factas promiſſiones Chriſti aſſerui, graviſſimè hallucinaris.

Tandem præambulis abſolutis ad 15. quæſtiunculas, Lutheranis,

nis, ob reformationem, à me objectas, quas etiam contortas appellas, progrederis pauciſſimis diſſolvendas. *Prima eſt, quænam ſit iſta particularis Eccleſia quam Lutherani reformarint?* Micrelius Romanam dicit eſſe reformatam. Romanam Micreli reformaſtis Eccleſiam? quomodo? cave ne ſis in reſpondendo præceps. aut enim fateberis Lutherum Romanam Eccleſiam non reformaſſe, aut oſtendam te nequiter prius diſſimulaſſe quaſi neſcires, quid intelligendum veniret nomine Romanæ Eccleſiæ: ſive enim particularem Romanam accipiam, ſive univerſalem, ſive aliquam quamcunque particularem, v.g. Viennenſem, dicentem ſe membrum eſſe Romanæ Eccleſiæ, adeoque ſuo etiam modo Romanam: primo, Romanam particularem, nec univerſalem reformavit Lutherus, quia & hæc, & iſta Lutherum Hæreſis damnavit, reſtat igitur, ut dicas, Lutherum reformaſſe eam particularem Eccleſiam, quæ prius cum Romanâ univerſali conjuncta, ſuo quodam, ut dixi, modo, Romana dici poterat. v. g. Wittenbergenſem, unde fatearis neceſſe eſt, intelligibile eſſe, quod prius tanquam inexplicabile carpſeras, quomodo ſcilicet Eccleſiæ univerſali poſſit convenire nomen Romanæ, quando ipſemet tui immemor fateris modernas Lutheranas, quas aiunt, Eccleſias, ante iſtam qua de agimus, egregiam ſcilicet, reformationem, fuiſſe membra Romanæ Eccleſiæ, & Romanas. & mavis jam dicere Wittenbergenſem Eccleſiam fuiſſe Romanam, quam fateri ſolam, v. g. Wittenbergenſem, Magdenburgenſem, &c. Eccleſias à Luthero, ſi ſuperis placet, eſſe reformatas, ut falſo gloriari poſſis Lutherum Romanam Eccleſiam reformaſſe, quod eſſe videbas falſiſſimum, niſi univerſalitatem Eccleſiæ Romanæ confirmares, quam antea æq; audacter ac mendaciter negaveras. Waldtſchmidt ingenuè fatetur particulares tantum Eccleſias à Luthero reformatas, ſed nec particularis Eccleſia v.g. Wittenbergenſis dici poteſt &c. à Luthero rectè reformata, quia particularis Wittenbergenſis &c. tempore Lutheranæ reformationis in fidei doctrina & articulis, ab univerſali Eccleſia non diſſidebat; videtis, miſelli reformatores, quam impoſſibile ſit veritate ſuppreſſa, ſinceros mendacijs colores aptare? ſed de hoc plura ad Quæſtionem 3.

2. Examinis Quæſtio fuit, *ubi, eo temporis, Eccleſia Vniverſalis vel*

*vel præcipua eius membra extiterint, quo particularis iſtius reformatio, quod clamant, primum eſt inſtituta, aut perfecta?*

Waldtſchmidt ait: Præcipua Univerſalis Eccleſiæ membra fuiſſe in Eccleſia aliqua particulari, quod extra particulares Eccleſias ſimul ſumptas, alia nulla ſit univerſalis Eccleſia, prout & ante reformationem, præcipua membra univerſalis Eccleſię dicit etiam fuiſſe in Eccleſia Romana. Micrelius dicit fuiſſe ubicunque, ubi quidem fuerint homines Baptizati, qui in communione Sanctorum remiſſionem peccatorum impetrarint. Waldtſchmiddij reſponſionem accepto: & partim jam dixi, partim dicturus ſum poſtea quid ex ea ſequatur. Micrelius doloſè diſſimulat illam quæſtionis partem, quæ erat de præcipuis Eccleſiæ membris; neque enim dicere poteſt, ubique locorum, ubi homines Baptizati ſunt &c. eſſe ſtatim præcipua Eccleſiæ membra, de quibus remitto lectorem ad Notabile 3. & 4. ſed & ille Micrelij loquendi modus ineptus eſt, quod ibi dicat eſſe Eccleſiam univerſalem ubicunque ſunt fideles baptizati in communione ſanctorum, illi enim vel Eccleſia particularis, vel paucula tantum Eccleſiæ Univerſalis membra dici poſſunt, niſi hoc velit dicere, quòd Eccleſia Univerſalis per hujuſmodi pauculos, velut membra ſua, eo ſe extendat quoque, ubi illi ſunt; quod verum quidem eſt, ſed per eam Micrelij reſponſionem ad meum petitum non aptè reſponderi, facilè quilibet advertit.

3. Quæſtio fuit: *in quibus articulis Eccleſia Particularis (cum reformationis uſq; adeo indiga fuiſſe putetur) ab Univerſali defecerit?*

Waldſchmidt, pro reſponſione me ad Calviniſtam remittit, & ex eo addit: non eſſe neceſſarium, tales adferre articulos, eo quod Univerſalis Eccleſia non ſit ſeparatus aliquis cœtus, qui extra omnes particulares Eccleſias aliquid doceat & teneat. indigna reſponſio tanto, quantum te jactas, Francofurti Verbi Miniſtro. etſi enim verum ſit Eccleſiam Univerſalem aliam non habere doctrinam fidei, extra illam, quam habet in membris ſuis, quia tamen tu particulares Eccleſias reformatas dicis, quòd eæ erraverint, Univerſalem autem concedis ab errore liberam, nonne vides eos articulos in quibus reformatæ particulares Eccleſiæ errarunt, non poſſe eoſdem eſſe cum articulis Eccleſiæ Univerſalis, quam das non indigere reformatione.

dein-

deinde articuli illi in quibus me ad Calviniſtam remittis tempore reformationis credebantur per totam Eccleſiam, quam Univerſalem dicis, ergo in ijs non potuit fieri reformatio; alios igitur à te nominandos expecto.

Micrelius hic alia reſponſione non indiget, niſi quod more ſuo Catholicæ Romanæ Eccleſiæ mendacium aſſuat, dum dicit nos aſſuere merita noſtra meritis Chriſti, cum nos omnino contrarium ſemper docuerimus, omne operum bonorum meritum in merita Chriſti refundentes. æquè falſum eſt nos cœnam Domini mutilare, qui totum, fidelibus, Chriſti corpus & ſanguinem damus.

4. Quæſtio fuit: *Quo anno Particularis Eccleſia (reformanda ſcilicet) ab Vniverſali deſciverit? quo Imperatore aut Cæſare, Rege aut Duce? an defectionem illam Principaliora Vniverſalis Eccleſiæ membra diſſimularint? an reſtiterint? oppugnarint? idq; ubi, quando, & à quibus factitatum? An deniq; publicis Comitiis aut decretis, ob hanc defectionem, ab Vniverſali proſcripta eiectaq; fuerit?*

Waldtſchmidt dicit, deſignationem temporis, uti & petita cætera ſuperflua eſſe, eo quod de ipſa defectione ſatis conſtet? ſicut nec ſequi dicit: eò quòd tempus defectionis & cætera petita non poſſint oſtendi in Eccleſia Judaicâ, non indiguiſſe idcirco Judaicam Eccleſiam reformatione, cum eam conſtet eſſe à Chriſto reformatam. pulchra reſponſio ſcilicet, quæ tanquam indubitatum ſupponit, quod falſum eſt. non enim Chriſtus Eccleſiam Judaicam reformavit, ſed terminavit, eique ſuam Eccleſiam ſanctiorem, perfectioremq; ſubſtituit, legemque & promiſſa Dei non evacuavit ſed implevit. adeoq; ad finem uſque, nec à Judaicâ Eccleſia, etſi moribus magnam partem flagitioſâ, Spiritum Sanctum in infallibilitate directivâ circa res fidei, abſtulit. Hinc Magi Jeroſolymis, intellexerunt locum nativitatis Chriſti, & Caiphas, licet homicida, imò jam in intentione Chriſticida, prophetavit tamen, Spiritu Sancto afflatus; cujus cauſa additur; erat enim Pontifex anni illius. vides Waldtſchmidt quam imperitè reſponderis.

Micrelius ad tempora S. Pauli hanc defectionem retrotrahit. & facit pro nobis rectè, Scimus enim ſemper fuiſſe Hæreſes, quia eſſe, ut S. Paulus ait, eas oportet, ut probentur hi qui fideles ſunt. Verùm,

rùm, quomodo Hæreſes à primordio naſcentis Eccleſiæ, & à quibus damnatæ ſint, & Acta Apoſtolorum, & Hiſtoriæ teſtantur Eccleſiaſticæ: & ita Lutherum quoque, Calvinum, & cæteros Hæreſiarchas damnatos eſſe, Synodus Tridentina, legitimo antiquiſſimæ Eccleſiæ more convocata, luculenter docet, contra quam quare tenebriones moderni excipiant. vide Lector cum Micrelio ſupra in Notabili 4. Phocam Micreli quod parricidam vocas, pro nobis facit; ille enim etſi Tyrannus, Luthero tamen mitior fuit, nec ab obedientia Romani Pontificis ſe ſubtrahere ſuſtinuit; quod in Tyranno, ſi talis fuerit, mirum magis, quia illorum proprium eſt, nolle ſuperiorem pati. in Juriſtarum etiam meſſem imperitè falcem immittis, dum Patrimonium Pontificum per injuriam poſſideri ſub Henr. IV. cœptum calumniaris. quæſo Micreli, quid eſt injuria? certè ſi liberales Regum acceptatæ donationes, & ad ſucceſſores fideliter tranſmiſſæ, injuria tibi ſunt? tu cum tuis profectò, quidquid poſſides, per injuriam tenes. pergis, loco petitæ reſponſionis, calumniari & mentiri, dum ais: docere nos: Chriſtum tantùm pro culpâ Originali fudiſſe ſanguinem: nos remiſſionem peccatorum, non à Chriſti ſanguine, ſed noſtris ſatisfactionibus petere, coëmere indulgentias &c. juberi. mendax igitur eris Micreli, donec in Romanâ Eccleſiâ hanc doctrinam, hæc præcepta oſtenderis. Orientis Eccleſias dicis ſe oppoſuiſſe, imo & ſubtraxiſſe Primatui Pontificis Romani. ita eſt, ſubtraxerunt ſe ab ejus obedientiâ, quem multis ſæculis Eccleſiæ caput poſt Chriſtum ſecundarium, & illius in terris Vicarium agnoverant, id quod Lutherus quoque & tui fecerunt; ſed quare fecerint, invenies meo Notabili 4. quo fructu verò: jugum eos docet Turcicum, quod tuo quoq; Luthero, præ Romano Pontifice, non diſplicuit. Reliqua quæ de Pontificibus Romanis, de Concilijs &c. calumnioſè & mendaciter aſſeris & hic & in ſequentibus, ea non refuto, quia id, præter mille alios, plenè fecerunt Bellarminus, Petrus Cottonus in Apologia pro Pontificibus, Iodocus Coccius &c. quod ſi comitia Publica Imperij pro te facere & Luthero putes, lege deductionem Juridicam, hoc anno à me typis vulgatam.

5. Quæſtio fuit: *Qui tandem illi ſint Eccleſiæ Particularis reformatores, & an id muneris privatâ & propriâ, an alienâ & Publicâ auctori-*

*ctoritate curandum ſuſceperint?* Micrelius ait illos fuiſſe: Lutherum cum Socijs, eorumque ſucceſſoribus, ipſosq; terrarum Principes Eccleſiarum nutritios. Ovum ſcilicet, Gallinam: filij & nutritij Matrem: eos quos Spiritus Sanctus conſtituit Epiſcopos regere Eccleſiam, hos reformarunt, ij qui velut ſubditi ab ijs debebam regi. Bella reformatio NeoEvangelicorum! in qua poteſtate autem, tam monſtroſa audetis? alienâ inquis & publicâ. quam verè hoc affirmes, invenies in Paræneſi mea ad te, tuoſque hoc anno copioſius edita, ad quam brevitatis cauſa te remitto, Poſtulato 2. Quâ fronte autem Papam Tyrannidis accuſes non video; ſi enim is Tyrannidem exerceret, utique in ſuos ſibique ſubjectos eam exerceret. Verum tam procul abeſt ut eorum aliquis de hoc queratur, ut omnes potius eius directioni læti acquieſcant. Niſi hoc in Tyrannidem trahere velis, quod, velut bonus paſtor, ſcabioſas oves à ſanis ſeparet; vel, inſtar periti medici, infecta membra, quæ ſanari nequeunt, quia nolunt, maturè reſecet, ante quam virus in reliquum corpus ſpargant; vel, ut probus Pater, filium refractarium & incorrigibilem exhæredem faciat, & è familia tam noxiam peſtem proſcribat. quod ſi Tyrannicum tibi eſt, & Apoſtolos Tyrannos facis, quando Actor. 5. in Ananiam & Saphiram: Actor. 13. in Elimam Magum. 1. Cor. 5. Corinthium illum Satanæ tradendo, tam ſeverè animadvertebant. Quorum veſtigijs inſiſtentes Succeſſores Pontifices, à primis Eccleſiæ incunabulis, Marionitas, Valentinianos, Arianos, Aërianos (Ireneo l. 3. Tertul. de præſcript. Hæret. Epiphan. hæreſi 69. Baſil. 27. de Spiritu Sancto &c. teſtibus) velut membra ita Hæreſi infecta, ut medicinam non admitterent, â fidelium communione maturo conſilio reſecuerunt, id quia continuo deinde uſu Eccleſiæ ultimis hiſce ſeculis Luthero, Calvino, alijſque nec immeritò contigit; neque nos movet quod ideo Judices Tyrannos dicitis, à quibus rectè damnati eſtis. Waldſchmid quia nihil à Micrelio diverſum dicit, idem ſibi reſponſum habeat. cum tamen uterque Lutherum & ſe mediatè vocatos, & ad reformandum miſſos à Civili Magiſtratu affirmet, cuperem ſcire, ubi vel Chriſtus vel Apoſtoli, hoc mittendi vocandique munus unquam Magiſtratui Civili vel commiſerint vel permiſerint. De quo Lector videre poterit, citatam ſupra recentiorem Paræneſim meam.



6. Quæ-

6. Quæſtio fuit: *ſi alienâ auctoritate reformatio ſuſcepta fuerit? an à DEO, vel Eccleſiâ univerſali, Luthero teſte infallibili, provenerit?* Waldſchmidt reſpondet: Reformatores commiſſionem reformandi mediatè à Deo per Eccleſiam particularem, extra quam minimè, ſed intra quam fuerit Eccleſia Univerſalis, vi poteſtatis clavium, à quâ dependens ſit hæc commiſſio, accepiſſe. Reſponſione hac, ſuam præclarè in rebus Theologicis, vel inſcitiam Waldſchmidt oſtendit, vel communi loquendi modo abutitur, loquiturque valde inconſequenter. quomodo enim Eccleſia Vniverſalis eſt intra particularem? niſi velit eam in tali Eccleſia inadæquate eſſe, velut ſi dicerem Romanum Imperium eſt in Francofurto, vel homo eſt in pede, qui eſt valde abuſivus loquendi modus, cum æque poſſit ſtare Eccleſia Univerſalis ſine hac vel illa particulari, licet non ſine omnibus collectivè ſumptis, ſicut Imperium Romanum ſine hac vel illa Civitate, homo in integritate ſua eſſentiali, ſine hoc vel illo membro, licet non ſine omnibus collectivè ſumptis, ut ſupra claris exemplis è ſcriptura oſtendi. Inconſequenter Waldtſchmidt loquitur: quia hic fatetur poteſtatem vocandi & mittendi, dependere à poteſtate clavium, quam Chriſtus non Principibus aut ſeculari poteſtati commiſit, ſed ſolis Apoſtolis, & ita ſolis, ut neq; diſcipulis omnibus eam dederit, niſi mediantibus deinde Apoſtolis. Vide Waldtſchmidt quam imperitè Tu & Micrelius miſſionem ad reformationis negotium, antea magiſtratui ſeculari & terrarum Principibus tribueritis.

Micrelius hanc auctoritatem in Deum refundit, ſed intra Eccleſiam Catholicam, eiuſq; partem, reformationis indigam. Sed quia hoc reſponſo tam involuto, nihil dicit; aliter reſpondeat, ſeque explicet neceſſe eſt, vel fateatur ſe reſpondere non poſſe.

7. Quæſtio fuit: *Si à Deo Lutherus & Prædicantes ad reformationis negotium miſſi ſint, quæ pro tanta legatione adferant teſtimonia, quibus fidem faciant, ſibi potius, quam Calviniſtis, Anabaptiſtis &c. idem prætendentibus, credendum eſſe?* Waldſchmidt dicit: quod Lutherus & Lutherani, mediatam tantum, non autem immediatam, miſſionem prætendentes, aliâ miſſione non indigeant, quam quâ à Chriſto Apoſtoli, eorumque Succeſſores miſſi fuerunt. Iterum bone vir inconſequenter loqueris, miſſio enim & vocatio Apoſtolorum immediata fuit;

fuit; quâ tu, ut fateris, gaudere non potes, ergo nec eorum commiſſio, quam illi à Chriſto immediatê acceperunt, ad te immediatè ſpectat, ſed aliam oſtendere debes, non à Chriſto, nec Apoſtolis, nec ab eorum immediatis ſucceſſoribus, ſed valde mediatis & remotis ſucceſſorum, legitimis tamen, ſucceſſoribus; alioquin enim omnes fideles ſe poſſent, ſecundum tua principia, legitimos reformatores facceres, alijs teſtimonialibus non indigentes, quam quibus Chriſtus ſuos miſit ad prædicandum Evangelium: ſicut hodieq;, tecum faciunt Calviniſtæ, Anabaptiſtæ, & ceteri quicunque alij; qui æque omnes ac vos, ſe legitimè vocatos ad reformandum aiunt; æquè ac vos reformationem ſuam dicunt eſſe Scripturæ conformem; æquè vos damnant, quam vos illos; æque veram ſcripturæ explicationem, & ultimatum ea de re judicium ſibi ſolis tribuunt, quam vos. Unde facile quoque videbis, quam nihil & ridiculè reſponderis, ad ſecundum quæſtionis propoſitæ membrum: ſcilicet, quod, etiamſi ijſdem pro ſuâ miſſione teſtimonijs, vobiſcum alij veſtri adverſarij uterentur, illi tamen alij, teſtimonialibus hiſce non rectè uterentur, eò quod illorum doctrina non æquè ac veſtra ſcripturæ eſſet conformis, quod ipſum adverſari æquè vobis obijciunt. Micrelius, idem quia pro reſponſione adfert, idem ſibi quoque dictum habeat, quod Waldſchmidt.

8. Quæſtio fuit: *an poſſent Lutherani illas rationes & patentes litteras explicare, quibus probarent ſe ſolos, excluſis etiam Romano Catholicis, legitimos reformatores à Deo Particularis alicujus Eccleſiæ conſtitutos?* Micrelius ait patentes illas contineri ſacro Codice, ſed quam ſine fundamento hoc afferat, proximè quæſtione 7. oſtendi. Waldſchmidt ſe remittit ad quæſtionis 6. reſponſa ſua, & ego eum quoque remitto ad refutationem ibidem meam. Quia tamen hic addit, Eccleſiam Univerſalem, extra particulares (collectivè nimirum ſumptas, non diſtributivè) nullo certo loco reſidere, nec Eccleſiam vniverſalem vllas commiſſiones dare, niſi per particulares, à quibus ſuos eſſe miſſos ait. Velim advertat lector, verum quidem eſſe particularium Eccleſiarum capita, velut legitimum, ſed ab vniverſalis Eccleſiæ Magiſtratu & legitimo Capite dependenter poſſe legitimè mittere ad reformandam particularem quandam impropriè tamen dictam

ctam Eccleſiam ſibi ſubjectam, v. g. certum aliquem diſtrictum ſibi ſubditum, non autem poſſe mittere reformatores ad aliam partialem Eccleſiam ſuæ jurisdictioni non ſubjectam, ſed talem miſſionem debere committi à Magiſtratu & Capite Eccleſiæ Univerſalis: ſicut enim Elector v. g. Saxoniæ poteſt mittere legitimè, qui civilem administrationem Miſniæ reforment, tanquam Provinciæ ſibi ſubjectæ; non autem poteſt mittere legitimè, qui adminiſtrationem civilem corrigant in Pomerania, in Palatinatu, quia in illos non competit illi juriſdictio; ſi tamen Elector Saxoniæ ibi aliquid ſecundum leges Imperij reformandum putet, quod iſtorum locorum Principes diſſimulant, Imperatorem requirere debet, ut ille tanquam communis Imperij Supremus Magiſtratus legitimâ viâ & ordine hoc procuret. Ita in Eccleſia Chriſti, quando ei ſe gentes v. g. Germani, adjunxerunt, ſubmiſeruntque juriſdictioni Romani Pontificis, cujus nutu miſſi fuere, qui Germanos Eccleſiæ adjunxerunt, fuit Germania in certos Epiſcopatus & Archiepiſcopatus cum Imperatorum conſilio diviſa, & ſingulis ſui Epiſcopi ab Imperatoribus quidem nominati, à Pontificibus verò ſemper confirmati, & in ſibi ſubjectos Eccleſiaſticâ juriſdictione donati, cum independentiâ quidem à ſe invicem, dependentiâ tamen à legitimo Eccleſiæ totius Magiſtratu & Capite. Unde ſi à particulari Eccleſia quis ad reformandum mitti dicatur legitimè, non poteſt excedere terminos juriſdictionis ejus à quo mitti dicitur. hìnc jam facile quilibet prudens lector videbit, quam pro vocatione ſua ſint malæ fundatæ Lutheri & Lutheranorum patentes litteræ. In quo autem talis ſubordinatio in Eccleſia, velut republica non minus benè ordinata, quam ſeculari quacunque aliâ, fundata ſit, brevitatis amore, lectorum remitto ad Notabilia mea his præmiſſa, 1. 3. 4. 5.

9. Quæſtio fuit: *de Eccleſia Univerſali, ſi ab ea forte, aut præcipuis illius membris, ſeu ſupremo Magiſtratu & Capite, ſe ad reformandum miſſos Lutherani dicerent? ubi Univerſalis Eccleſiæ Supremus Magiſtratus tunc reſederit? quæ eius membra fuerint? an commiſſio, ſi data ea ab his fuiſſet, fuerit abſoluta, an limitata, & circa quos præcipuè fidei articulos?*

Waldſchmidt primò dicit: ad hanc quæſtionem ſe reſpondiſſe, quod

quod ſcilicet Univerſalis Eccleſia non fuerit tempore reformationis extra particulares, quod verum eſt, ſi eas accipiat collectivè ſumptas, falſum autem, ſi de ijs accipiat diſtributivè ſumptis; quod autem dicit præcipua ejus, Univerſalis Eccleſiæ nimirum, membra & Magiſtratum vniverſalem ac caput, ita fuiſſe in Eccleſijs particularibus, vt eorum juriſdictionem intra terminos vnius particularis Eccleſiæ reſtringat, falſum dicit, ut priori quæſtione & notabilibus meis 1. 3. 4. & 5. oſtendi. Addit etiam principaliora Eccleſiæ membra non eſſe opus nominare. Vidit ſcilicet: ſe hic ad incudem trahi, in qua excuſſa ſcoria totus Waldſchmidt concideret. quomodo enim, ſi omnes Eccleſiæ particulares velut ſcopæ diſſolutæ ſint à ſe nivicem independentes, harum Eccleſiarum membra ſunt principaliora alijs? ab extrinſeca ſola locorum præcellentiâ, hoc peti non poteſt, quia illa præcellentia, utpote Eccleſiaſtica & Spiritualis, ab hac non dependet, ut planè ſibi extrinſecâ. Sed & vni Eccleſiæ, in alteram jus nullum reformandi competere, priore articulo oſtendi. multum igitur intereſt, mi Waldſchmidt, ſcire quænam, & quare ſint aliqua Eccleſiæ principaliora membra, quod tu falſo dicis, ad fundamenta Reformationis nihil facere.

Pergit Waldſchmid commiſſionem Lutheri &c. (quæ nihil adhuc probationis accepit) non abſolutam, ſed limitatam dicere ad ſacræ ſcripturæ contenta. Sed, præterquam quod fundamento non ſubſiſtente, non ſubſiſtat etiam ſuperſtructio, hoc æque falſo de ſe Calviniani affirmant, & Anabaptiſtæ. Nos vero Romano Catholici fundamento miſſionis ſtabilito, & in poſſeſſione legitimâ conſtituti, & omnium ſeculorum, Conciliorum, SS. Patrum conſenſu, citra etiam probandi obligationem, oſtendimus jam ſæpius nos legitimè & gentes ad Chriſtum adduxiſſe, & particulares diverſas Eccleſias, in quas Hæretica Lutheri pravitas irrepſerat, ſecundum legitimum & rectè intellectum Dei verbum reformaſſe. Quod à Lutheranis probandum petiveram, & adhuc peto. Micrelius me tautologum dicit, aitq; hanc eſſe ipſiſſimam quæſtionem ſecundam, ſed notes ea Micreli, quæ, claritatis cauſa, huc repetitæ ſecundæ queſtioni, hîc annexueram non eſſe in quæſtione ſecunda. Addit: Principaliora Eccleſiæ vniverſalis membra, fuiſſe Regem Sueciæ, Daniæ, &c.

Quare Micreli non dicebas Imperatorem Romanorum, Regem Hiſpaniæ, Galliæ, Poloniæ; cum, ne pauper Chriſtus eſſet, in eandem Chriſti Eccleſiam conjunxeris Lutheranos, Calvinianos,&c. æque ac Catholicos, aut ſi Regi Sueciæ & Daniæ poteſtatem concedis legitimè ad Reformationem mittendi, cur non eandem das Imperatori, Regi Hiſpaniæ, Galliæ, Poloniæ, &c. Vides, quam nihil obgannias Stetinenſis vulpecula? deinde: quomodo hæc tua reſpenſio quadrat in loca ſcripturæ Notab. 2. allata? taceo Micreli, impie paries dealbate, quem cum Apoſtolo opto, vt ad animæ ſalutem, miſericorditer Deus percutiat, quod hæc tua & Magiſtri tui doctrina, fons ſit & origo, tam copioſi in Germania hac noſtra & alibi profuſi innoxij Chriſtiani ſanguinis: hæc claſſicum fuit, quo in bella inteſtina, in internecina odia & tot peſtilentes diffidentias in mutuam cædem, in confuſionem & interitum, Lutherus & Tui ſacrilegâ perfidiâ dilectiſſimam omnium noſtrum patriam, Romanum Imperium vniverſum, concitaſtis, ſufflaminaſtis, & quamdiu per veſtram nequitiam ſtabit, ſufflaminare ad vſque excidium vltimum non ceſſabitis vti Zacharias Hogelius clariſſime oſtendit, Lutheranus Erfordiæ Verbi Lutherani Miniſter in libro ſuo: de pace vniverſali, piè, ſcilicet, promovendâ, Año 1645. edito Erfordiæ. Ignoſce Micreli verba acerbiora,ſed vera tamen,& â juſto dolore imperata. Cætera huc allata, jam ſuperius ſunt ſufficienter refutata. Dum Pelagianiſmi me arguis, facile eruditis prodis, te vel non capere Pelagianorum, à nobis etiam, damnatorum, pernicioſa dogmata, vel Romanæ Catholicæ Eccleſiæ doctrinam non intelligere.

10. Quæſtio fuit: *quibus tandem argumentis, Reformationem ſuam (cum ipſorummet Lutheranorum judicio, tam Eccleſia particularis, quam homines erroribus ſint obnoxij) velut certiùs conſequendæ ſalutis medium Lutherani præſumerent, quam Calviniani, Anabaptiſtæ, &c. eodem fine, ijſdem de cauſis aliam, à Lutheranis diverſam, reformationem inſtituentibus?*

Micrelius hic me tautologum vocat, quod putet idem hic me petere, quod quæſtione 7. Verùm plus hic peti, verba ipſa quæſtionis declarant: 7. enim quæſiveram an poſſent Lutherani præ Calvinianis &c, ſuam, ad reformationis negotium, vocationem legitimam

mam ac certam facere. Hic plus exigo; quandoquidem diverſas vtriq; ingrediuntur vias, & ea quæ vt media ſalutis ante ipſos, (abſtrahendo à Chriſti meritis, non ea excludendo) vniverſim tanquam neceſſaria habita, qualis eſt v. g. baptiſmus, &c. et quæ ex prædeſtinatione Calviniſtarum ſequuntur, &c. nec eadem, nec ſecundum eoſdem effectus, nec ſecundum eandem neceſſitatem, &c. traduntur ab his & illis. Ut, etiamſi ſuam vocationem, quod nec fecerunt, nec facere poſſunt, probaſſent præ Calvinianis eſſe legitimam: cum tamen, tanquam fragiles homines ab eâ excidere & recedere potuerint, probent reformationis ſuæ articulos, media eſſe neceſſaria ad ſalutem, magis quam ij ſint reformationis articuli in quibus à Calvinianis diſſident, ut, ſi quis de viâ ſalutis ambigat, illum Lutherani, ad ſe potius oſtendant debere accedere, quam ad Calvinianos aut Anabaptiſtas &c. quod certè non idem eſt, cum quæſtione 7. unde, palam eſt, Micrelium, dum quæſtionis difficultatem eludere voluit, nequaquam elidere potuiſſe.

Waldſchmidt priora repetit, & ego ad priora illum hic remitto. In refutatione autem ſua ad cauſam 7. p. 121. & ſeq. æque inepte ad rem loquitur quam hic, vnde nec alia reſponſione dignus eſt. Niſi quod in ſuo reſponſorio epigrammate 1. ſatis frigido, Lutheri ſui exemplo ſcurrilior eſt, quam ut poſſit honeſtis auribus inferri. Sed pertinent iſta, ad reformationis Lutheranæ fructus.

11. Quæſitum fuit: *an Eccleſia illa particularis, quam reformatam ſcilicet Lutherani volunt, cum Univerſali deinde ſe conjunxerit, an ſeparata manſerit?*

Waldſchmidt animosè reſpondet, conjunctam eſſe cum Vniverſali iterum. cum qua, amabo te? an cum Romana? cum qua ante deformationem veſtram, Wittenbergenſis, Magdenburgenſis &c. velut membra conjuncta erant. Hoc ſanè falſum eſſe ad oculum patet. dices: cum Catholica primorum quatuor ſeculorum. Quanquam & hoc falſum eſſe, oſtendi copiosè in Paræneſi mea hoc anno auctis edita, & adjunctâ illi Collatione Veteris Eccleſiæ cum novâ ex Perronio; tamen te ipſum jugilares Waldtſchmidt; conceſſiſti enim Univerſalem Eccleſiam non defeciſſe, nec reformationis fuiſſe indigam, nec eſſe à vobis reformatam, ſed particulares aliquas. Si igitur

tur Univerſalis Eccleſia non defecerit, debuit eſſe extra illas Eccleſias quas à vobis dicitis reformatas. Maximè ſi cum ea, vt fateris hæ poſt Reformationem veſtram ſunt iterum conjunctæ. Vides in quas te plagas tui præcipitent errores?

Micrelius hic manifeſtius inſanit. Reſpondet Reformatam à Lutheranis Eccleſiam, ab Univerſali Apoſtolica Eccleſia nunquam receſſiſſe. Riſum teneatis, viri prudentes, ad hanc Reſponſionem. Quid enim Micreli? nunquam Wittenbergenſis, Magdenburgenſis, &c. Lutheranæ particulares Eccleſiæ receſſerunt ab Eccleſia Vniverſali? næ tu cum Luthero tuo flammis & rotis dignus es, qui id reformare præſumpſiſtis, quod à recta fide ab Univerſali Apoſtolica Catholica Eccleſia nunquam receſſit. In te veniat & tui ſimiles totus ille Chriſtianus ſanguis, in cujus profuſionem tu cum buccinatoribus tuis Chriſtianum orbem impuliſtis. Sed hoc tibi ſatis non eſt, niſi mihi novum mendacium affingas, dum ais, nos animas deponere, non in merito Chriſti Salvatoris, ſed in manus ſanctorum. Sed hujuſmodi mendacia, quia tibi & tuis familiaria ſunt, ſatis habeo ea ſuo nomine, hoc eſt mendacia, appellare.

12. Quæſtio fuit: *Cum Lutherus tom. 3. Ien. fol. 512. concedat: extra ſanctam Chriſti Eccleſiam, nec ſalutem dari nec peccatorum remiſſionem. an non ſequatur, vel Particularem Eccleſiam cum Vniverſali conjungandam fuiſſe, vel, ſi diviſa manſerit, eam peccatorum venia carere?*

Waldſchmidt concedit hanc conjunctionis neceſſitatem incumbere Eccleſiæ particulari reformatæ, cum Univerſali, ſed hanc negat eſſe Romanam Univerſalem ſub Pontifice Romano. Det igitur Waldſchmidt aliam, cnm qua ſe conjunxerint, particulares Eccleſiæ à Luthero & Lutheranis reformatæ. Hoc mi Waldſchmidt opus & labor eſt?

Micrelius nihil adfert, quod non in præcedentibus quæſtionibus & Notabilibus ſolutum eſt. Hoc tamen admiror quod affirmet plures Papas eſſe, v. g. Antiochenum, Conſtantinopolitanum, Alexandrinum. Sed eos tamen negat Univerſales. Ubi es Micreli? cur, ſi plures Papas agnoſcis, omiſiſti nominare Lutheranum veſtrum Papam? quem primo tamen loco debueras nominare. Suſpicor quare nolueris. eſt enim illa vobis innata ſuperbia, vt ſuum cuiq; pulchrum

chrum ſit, nec vllus veſtrorum prædicantium ingenij ſui monſtroſos fœtus, vllius velit judicio vel cenſuræ ſubmittere, ſuperbiſſimè vobis infallibilitatem tribuentes, quam ideo Romano Pontifici negatis, licet oporteat ea propter, alias toti antiquitati ſatis claras Chriſti promiſſiones, in violentas interpretationes trahere & evertere, cujus rei fructum, ſolennes illæ inter Holſatas, Helmſtadienſes, & Saxones, de verâ Lutheri doctrinâ, controverſiæ palam faciunt.

13. Quæſtio fuit: *Cum ex Lutheri mente neceſſaria ad ſalutem fuerit, reformatarum ab eo particularium Eccleſiarum, cum Vniverſali quæ deficere non potuit conjunctio. quo deniq; ea loco, qua ratione facta fuerit! quæ Reformatarum principaliora ſaltem membra, cum principalioribus Eccleſiæ Vniverſalis membris eam conjunctionem perfecerint, ſeque Vniverſalis Eccleſiæ Regimini ſubjecerint, inque ejus leges juraverint?*

Waldtſchmidt dicit: tunc temporis, & eo loci factam illam conjunctionem particularium Eccleſiarum cum Univerſali, quando & vbi illæ reformatæ ſunt, ad normam ſcripturæ ſacræ. Verum hæc reſponſio, cum ſupponat omnes priores reſponſiones eſſe veras & certas, quas tamen, inſufficientes, imò falſas & impoſſibiles eſſe oſtendi, alia hic melior adferenda eſt.

Micrelius præter verba plura, nihil melius adfert quam Waldſchmidt, niſi quod plures loco ſolidæ reſponſionis calumnias effundat.

14. Quæſtio fuit: *Cum Lutherus Eccleſiam Vniverſalem ab omni errore immunem pronunciet, propter ſpiritus ſancti aſſiſtentiam, an Vniverſalis Eccleſia, particularium factam à Luthero, &c. reformationem, æquam, ſalutarem, & verbo Dei concordem agnoverit? quo loco, & à quibus in eam ſi itum ſententiam?*

Waldſchmidt ait: Eccleſiam Univerſalem nullo certo loco reſidere, in ea nulla eſſe principaliora membra quibus regimen aliquod in particulares competat, adeoq; quæſtionem ſupponere aliquid, quod nõ conceditur, & per conſequens non eſſe fundatam, & ſubſiſtere Reformationem Lutheranam tanquam conformem ſcripturæ. Sed hæc reſponſio eſt contra ſcripturæ loca notabili 3. allata, & contra rationes notabilis primi. atque ea quæ in antecedentibus fusè allata ſunt. denique quod de conformitate reformationis cum ver-

bo Dei adducit, teſtimonium eſt in propria cauſa, à proprio judicio petitum, commune omnibus omnium temporum Hæreſiarchis, & jam ſæpius à me cum fundamento rejectum.

Micrelius reformationis ſuæ confirmationem, à ſolis accipit reformatis, quia nemo alius illi ſuffragatur. Quid Orientales de Luthero & ejus reformatione ſenſerint, ſciet Micrelius quomodo Lutherus ab ijs Hæreſis damnatus ſit, vnde miror hominis frontem inverecundam, quod auſit de Orientalium approbatione gloriari; licet in paucis faciant cum Lutheranis, quod & Calviniſtæ, & Anabaptiſtæ faciunt, & hoc tamen non obſtante, ſe mutuis lacerant convitijs & Hæreſeos damnant. Ambiguitatem propoſitionis arguit, ſed ab ea, ſi quæ tamen fuit, & hanc & alias in Notabilibus, & per contextum puto me prudenti lectori abſolviſſe.

15. Quæſtio fuit: *Vnde conſtaret Eccleſiam particularem reformatam, ab vniverſali vt membrum legitimum acceptatam, atque eidem incorporatam fuiſſe?*

Waldſchmidt ait: hoc conſtare ex conſenſu doctrinæ cum Dei verbo. Sed hanc communnem omnibus, quotquot à principio Eccleſiæ fuerunt, Hæreticis cantilenam eſſe, nec ſufficientem jam ſæpius oſtendi. Hoc fateor, quod nullum habeant Lutherani reformationis articulum, in quo à nobis recedunt, qui non fuerit olim in Eccleſia Hæreſeos damnatus, vti, P. Scherer im Luttriſchen Bettel-Mantel/ & citatis authoribus, oſtendit libellus Anno 1606. Cracoviæ editus, & propoſitus, à Profeſſoribus Academiæ Hafnienſis Anno 1602. cap. 14. adeoq; reformatio in reformatis articulis manifeſtæ Hæreſis convicta.

Micrelius à Waldſchmidtiana reſponſione nihil diverſum adfert præter calumnias, quare aliud ei nihil reſpondendum video præter id quod jam reſpondi.

Vidiſti jam benevole lector, quam imperitè reformationem ſuam hi duo impoſtores tuiti ſint, quam calumnioſe, frigidè, frivole, ridiculè, impiè, ſuam vocationem proſtituerint, quamq; fragilia ſint totius dictæ reformationis fundamenta. cum enim ſe reformatores nominent, non immerito ab eis petitur, in qua poteſtate hoc facitis? ad quam quæſtionem quamdiu ſolidi nihil adferunt, pro
alijs

aliis quam impoſtoribus haberi prudenter nequeunt, atque eo vſque de illis aptiſſimè dicitur illud: Ier. 23. v. 21. Non mittebam Prophetas & ipſi currebant, non loquebar ad eos & ipſi prophetabant.

Quibus verbis, vivis omnino coloribus expreſſit, omnes horum temporum, Veritatis corruptores potiùs, quàm Eccleſiæ Reformatores, ſive è Lutheri, ſive Calvini, ſive aliâ ſectâ prodeuntes, quorum nullus ſuam præ alio in reformandâ Eccleſia vocationem divinâ aliquâ, aut publica Eccleſiæ Univerſalis authoritate ſtabilitam eſſe, poteſt conteſtari; ſed proriâ magis phantaſia initam, privatâ authoritate ſuſceptam, cum pertinaci errore defenſam, quemadmodum clarè ex prioribus cuilibet vel modicum à ratione, aut rebus fidei inſtructo liquet.

Et quiſquam jam dubitabit, in quanto omnes verſentur diſcrimine, qui ſalutem ſuam ejuſmodi hominum generi comittant, de quibus meritò ambigas, an non potius ab animarũ noſtrarum jurato hoſte ad eorum interitum, quàm à mundi reparatore Chriſto ad promovendam ſalutem fuerint ſubmiſſi? Cùm nullus tam è Lutheri quàm Calvini hæreſi, ſuam neque fidem, neque religionem efficaci ratione ſtabilire, aut eam ſolido inniti fundamento à primis Apoſtolorum temporibus per traditionem comprobato, queat demonſtrare. Neque quòd ita ſentiam, quiſquam exulcerato adversùs ſectarios animo tribuat, ſed illi, quam mihi pater luminum impertiri dignatus eſt, luci veritatis, quâ miſericorditer illuſtratus, non poſſum, non tot animarum millia per diverſa in rebus fidei errantia, atque adeò exitio proxima, omni contentione à tenebris ad lucem, ab hominum figmentis ad veritatem, ab interitu ad vitam revocare.

Quos proinde omnes per ſalutem ſuam nihil aliud obſecro obteſtorque, niſi, ut non tàm mihi quàm propriæ rationi à ſiniſtro tamen affectu purgatæ, obſequantur, quòd ſi veritas cum rebus meis hoc examine contentis faciat, plus ea poſſit ad converſionem & animæ ſalutem, quàm vana hominum figmenta aut inanes reſpectus ad æternam perditionem.

Ipſos verò à Lutheri ſectâ Eccleſiæ Reformatores; Calixtum, HaberKornium, Hülſemannum, Heuglinum, Dielherum, Micrelium, Waldtſchmidt, &c. etiam atque etiam rogo, ut quàm primùm hæc

à me ſcripta publiceque evulgata acceperint, quantocyus contendant ea, quæ illis hîc propoſita ſunt, clarè diſſolvere, reſpondere, mentem ſuam explicare, quo reſponſa eorum cum Calviniſtarum reſponſis comparata oſtendant, num aliquid pro defenſione ſui adhibeant, quod à Calviniſtis pro ſuæ reformationis integritate non ſit allatum: ſin minùs id præſtiterint, hac meritò Epigraphe eorum Lutheraniſmus decorandus relinquetur: *Danielis 5. ℣. 26.*

Appenſus es in Statera & inventus es minus habens.

# EXAMEN PECULIARE,

*Quo*

## FUNDAMENTA CALVINIANÆ HÆRESIS DISCUTIUNTUR.

Quod ante hac poſtquam typis vulgaſſem, ad illud tres Calviniani Miniſtri, Veltius, Geldorpius, & Joannes Eremita Prædicans Caſſelenſis, reſpondere conati ſunt. quos, in libello meo Germanicè edito ſub inſcriptione Ehrenkrantz / vel corona Catholicæ Veritatis, oſtendi nihil ſolidi, imò nihil reſpondiſſe, quod nomine rèſponſi dignum eſſet; quia tamen in omnibus ferè eorum putida reſponſa, cum Lutheranorum præmiſſis reſponſis coincidunt, volui idem examen iſti quoque ſubjungere.

In Confeſſione Dordrechtanâ Anno 1618. art. 9. Signum infallibile Veræ Fidei, in quâ ſalutem æternam conſequi liceat, illud attribuitur, quod apud veram Eccleſiam doctrina de Sanctiſſimâ Trinitate à primis Apoſtolorum temporibus in hos uſque annos ſemper recepta & propugnata fuerit adverſus Judæos, Mahometanos, alioſq; non rectè cum Eccleſiâ ſentientes; cujus modi ſunt, Marcion, Manes, Praxeas, Sabellius, Samoſatenus, Arrius, & quicunque alij, legitimâ

timâ Sanctorum Patrum authoritate ac conſenſu (qui Eccleſiæ membra fuerunt) proſcripti & damnati.

Quibus omninò verbis Eccleſiam Romanam Catholicam, veram & legitimam aſſignari, quis neget? utpote quæ verum de Sanctiſſima Trinitate ſenſum, & ſemper habuerit, & adversùs quoſcunq; Judæos, Paganos, Turcas, Hæreticos fortiſſimè tuita ſit. Hoc tamen, quòd ipsâ luce meridianâ clarius ſit, paucis proponere, quàm multis probare maluimus, ut citiùs eò veniamus, quò nos totius Controverſiæ caput vocat. Illud igitur primum oſtendam.

## Nec Calviniſtarum, nec Lutheranorum Eccleſiam veram aut eſſe, aut dici poſſe.

Illorum vera eſt Eccleſia DEI, qui doctrinam de Sanctiſſima Trinitate adversùs jam enumeratos tùm Infideles, tùm hæreticos nunquam non propugnârunt.

Hoc non ſemper, nec Calviniſtæ, nec Lutherani præſtiterunt.

*Ergò illorum non eſt vera DEI Eccleſia.*

*Major propriâ illorum confeſſione habetur.* Art. 9.

Minoris Veritas tam diu ſtat irrefragabilis, donec Calviniſtæ aut Lutherani Concilium aliquod in medium adducant, quo ab Apoſtolorum temporibus ad hanc uſque ætatem noſtram, Sanctiſſimæ Trinitatis hoſtes, per Doctores ſuos aut oppugnati fuerint, aut condemnati. Verùm quid hoc urgeo, quod demonſtrare difficile admodum eſt, quia impoſſibile. Nam,

## Non entis nullæ ſunt qualitates.

Cùm hi Reformatores nec ſemper fuerint, nec, ſi fuiſſent, id continuò præſtare potuerint.

Verùm ad rem ipſam propiùs accedamus; ſi fortè in primis quatuor concilijs, præcipuè ad defenſionem Sanctiſſimæ Trinitatis inſtitutis, atq; vel ideò à Calvino l. 4. c. 9. approbatis, ſi inquam iſtis Concilijs, aliquis ex Reformatoribus ſeu Calviniſtis, ſeu Lutheranis interfuiſſe, aut cauſam Sanctiſſimæ Trinitatis propugnandam ſuſce-

piſſe deprehendatur. Annales hîc ſuos evolvant, Ephemerides revideant, nec operæ in re tantâ, nec labori parcant.

Quis igitur veſtrum Concilio Nicæno ab Anno 327. uſque ad Annum 330. ſub Silveſtro Papa & Conſtantino Imperatore adverſus Archihæreſiarcham Arrium adfuit, ibique Filium Patri conſubſtantialem eſſe defendit?

Quis Conſtantinopolitano, in quo Anno 381. ſub Damaſo Pontifice, & Theodoſio ſeniore, damnata fuit Hæreſis Macedonij, qui Spiritus Sancti divinitatem negabat?

Quis Epheſino ſub Cœleſtino Papa, & Theodoſio Juniore, Anno 431. in quo damnatus Neſtorius, qui Chriſtum in duas perſonas dividebat.

Quis Chalcedonenſi, quod ſub Sancto Leone Magno, & Marciano Auguſto Anno 451. contra Eutychetis Hæreſin celebratum eſt, qui unam tantùm naturam in Chriſto poſt incarnationem aſſerebat.

Anne ex 318. Epiſcopis in Nicæno, ex 150. in Conſtantinopolitano, ex 200. in Epheſino, ex 630. in Chalcedonenſi, an inquam ex iſtis aliquem, qui vel Calvini, vel Lutheri ſectam profiteretur, fuiſſe affirmabunt? quòd ſi hoc impudentes auſint, & illud fingant, quod ei ſit nomen, quâ ex patria oriundus, ex quâ diœceſi advenerit, in quo ex quatuor iſtorum Conciliorum fuerit, quibus argumentis Sanctiſſimam Trinitatem adverſus citatas hæreſes defenderit, propugnârit?

Quis horum in quatuor primis illis Concilijs Romani Pontificis Primatui ſeſe oppoſuit, quem Nicænum *Can. 6. & 39. Arab. Edit.* Conſtantinopolitanum *Can. 1. & 5.* Epheſinum *Cap. 16.* Chalcedonenſe *Act. 1. & 16.* agnovit? Quis litteris Patrum illorum Conciliorum ad Romanos Pontifices, & horum ad illos (quibus S. Petrus, ejuſque Succeſſores vi verborum Chriſti, *Tu es Petrus*, & *Paſce oves meas*, Paſtores univerſalis Eccleſiæ agnoſcuntur) contradixit? Quis inquam illorum, ne acta Conciliorum in urbem à Romanis Pontificibus Sylveſtro, Damaſo, Cœleſtino, S. Leone &c. confirmanda mittantur, impedire conatus fuit? *Nullus* ſcilicet & *Nemo*.

Non

## Non entis, nullæ ſunt qualitates.

Nihil dico de Cœlibatu Sacerdotum in Nicæno. *Can.3.* De Conſecratione Epiſcoporum *Can. 4.* Sanctiſſimo Miſſæ Sacrificio. *Can. 5.* & clariſſimè *Can. 14. & 18.* Jejunio quadrageſimali. *Can. 5.* Obſervatione Feſti Paſchalis. *V. Act. Con.* Primatu Romani Pontificis. *Can. 6. & 39. Arab. Edit.* Diſtinctione Epiſcopi, & Sacerdotis. *Can. 8.* Diaconi, *Can. 14. 18.* De obedientia exhibenda Eccleſiæ Catholicæ. *Can. 8.* peccatorum Confeſſione, & manuum impoſitione, ſeu abſolutione *Can. 9.* De Pœnitentia & ſatisfactione. *Can. 11. 12. 14.* Item de merito bonorum operum: *l. cit.* De Viatico Moribundis dando. *Can. 13.* Sacramentorum adminiſtratione à legitimè vocatis. *Can.13.* Juriſdictione Eccleſiaſtica *Can. 15. 16.*

Omitto Canonem 1. Concilij Conſtantinopolitani, quo hæc omnia Concilij Nicæni decreta ſtabiliuntur, & *Canon 6. & 39. Arab. edit.* immotus declaratur: ut & Iuriſdictio Eccleſiaſtica *Can. 3.* & in Symbolo Remiſſio, non obvelatio peccatorum aſſeritur.

Nihil addo de Confirmatione prædictorum canonum in Epheſino Concilio, neque de Romani Pontificis primatu ibidem confirmato. Nihil de verbis Paſchaſij & Philippi Legati *Act. 16.* nec de templorum in memoriam B. V. & aliorum ſanctorum conſecratione: nec de B. Virginis, & S. Joannis in Epheſino, nec de Sancti Flaviani, in Concilio Chalcedonenſi, invocatione, vbi Sanctus ille à 360. Patribus iſtius Concilij his verbis invocatur.

## Flavianus poſt mortem vivit; Martyr pro nobis oret.

Infinita alia lubens omitto, quæ à Sanctis Patribus in primis quatuor Concilijs, vel eorum Synchronis particularibus quidem, ſed approbatis legitimè conſtituta ſunt. Quòd ſi adverſarij damnatos Hæreticos ſuos facere velint, Arrium, Macedonium, Neſtorium, Eutychetem, &c. qui Eccleſiæ fidei, & decretis ſeſe oppoſuerint, per me licet.

Nunquam ſanè evincent aut demonſtrabunt quemquam Sanctorum patrum à partibus eorum ſtetiſſe, vel quæ peculiaria & ſibi pro-

propria contra Eccleſiam Romanam dogmata profitentur, comprobaſſe, quod ſufficit ad demonſtrandum neminem Lutheranorum, Calviniſtarum, Anabaptiſtarum, nec Socinianorum Concilijs primis interfuiſſe.

Quòd ſi id nequeant, fateantur, igitur, quod negare non poſſunt: omnes eos Epiſcopos Romanæ Catholicæ Eccleſiæ adjunctos fuiſſe; atque inde apud Reformatores neque veram Dei Eccleſiam, neque Salutem reperiri poſſe.

Iſtis, mi Lector, probè cognitis, ac perſpectâ falſitate, quam ſolam Fidei ſuæ fundamentum habent tàm Calviniſtæ, quàm Lutherani, Anabaptiſtæ, Sociniani, &c. facilè etiam per rectam rationem ſequentia deduces.

1. Nullam apud eos legitimam eſſe poteſtatem Sanctiſſimum Altaris Sacramentum conficiendi, & adminiſtrandi.

2. Ex hujus poteſtatis defectu in eorum communione ſolum & nudum panem ac vinum diſtribui.

3. Gratuitam & frivolam Lutheranorum etiam eſſe controverſiam de duplici ſpecie; cùm nec ſub vna, nec ſub vtraq; Chriſtum, ſed panem ſolum ac vinum porrigant, Calviniſtarum inſtar, quorum Communionem Lutherus, Conventum ruſticorum in popinâ, non minùs verè quàm jculariter dictitare conſueverat.

4. Eoſdem Prædicantes à peccatis abſolvere nequaquam poſſe, quòd ad id genus officij, nec ordinariam, nec extraordinariam, ut requiritur, vocationem, poſſint demonſtrare.

5. Per illos plebi graviſſimè imponi, dum loco Sacratiſſimi Corporis Domini noſtri JESU Chriſti, ſolum panem ac vinum porrigunt, & morientes ſine peccatorum ſolutione ad infernum demittunt.

Si enim nemo prædicandi poteſtatem habet, niſi ad hoc munus teſte Apoſtolo Rom. 10. v. 15. legitimè ſit vocatus, quî obſecro præſumunt Reformatores iſti, aut Chriſti Corpus conſecrare, aut peccata, pro more legitimorum Sacerdotum, remittere; cùm ad hoc neque à DEO, neque ab Eccleſia vllo modo vocati, ſed propriâ authoritate, & erroris pertinaciâ inducti eſſe apertiſſimè convincantur? Hæc inquam, pie Lector, ſi ad veram rationis regulam examinaveris, & ve-

& veriſſima deprehendes, & ( quod per DEI miſericordiam ſperare licet ) ſine morâ à Sectariorum cujuſcunq; hæreſeos figmentis, ad veram Catholicam Eccleſiam confugies, in eâ veriſſimum Chriſti Corpus, perfectam integramq; peccatorum remiſſionem, atque his mediantibus æternam ſalutem conſecuturus.

Placuit pro coronide ipſius Lutheri teſtimonium de integra & nunquam corrupta Romanæ Catholicæ Eccleſiæ doctrina adducere. Ita enim tom. 2. Witt. fol. 229. p. 2. in literis de reiterato baptiſmo ad duos Parochos, & tom. 4. Ien. fol. 320. p. 1. Anno 1544. per Donatum Reichenz: ) ipſe ait :

Fatemur inter Papiſtas multa, imò omnia bona eſſe, atque eadem ab illis ad nos derivata. Fatemur igitur apud Papiſtas veram eſſe ſacram ſcripturam. 2. verum Baptiſmum. 3. verum Sacramentum Altaris. 4. Veras claves & poteſtatem ad remittenda peccata. 5. Verum prædicandi officium. 6. Verum Catechiſmum. v.g. 1. Pater noſter. 2. Decem præcepta. 3. Articulos fidei.

Addit præterea 1. parte Wittem: ſuper Epiſt. ad Gal. fol. 12. p. 1. Eccleſia Romana Sancta eſt, ſiquidem obtinet. 1. Sanctum DEI nomen. 2. Sanctum Evangelium. 3. Sanctum Baptiſmum. 4. Sancta Sacramenta. 5. Sacram Scripturam. 6. Textum S. Evangelij. 7. Officium & nomen Chriſti, quod qui habet, omnia habet.

Omnes proinde hæc lecturos per Chriſti ſanguinem, per ſalutem ſuam, nihil aliud obſecro, obteſtorque; niſi vt non tàm mihi, quàm propriæ rationi, à ſiniſtro tamen affectu depuratæ, obſequantur; quòd ſi veritas cum rebus meis hoc examine contentis faciat, plus ea poſſit ad converſionem & animæ ſalutem, quàm hominum figmenta, inanes reſpectus, Iniquitas, carnis voluptates, &c. ad æternam perditionem; à quâ nos DEUS non per aliam, quàm Catholicam Fidem voluit ereptos, & in quâ Majores noſtri ſanctiſſimè, Deoque grati vixerunt, & feliciſſimè ad beatam vſque mortem perſtiterunt.

## S. Hieronymus ad Cteſiph:

# Sententias Hæreticorum prodidiſſe, ſuperaſſe eſt.

QUod hoc examine de Lutheranorum & Calviniſtarum ſectâ, ita abunde præſtitum confido, vt quiſque à ratione vel mediocriter inſtructus, facili negotio inter ſectariorum figmenta, & incorruptam Romanæ Eccleſiæ veritatem diſcernat, quò tandem in eâ Eccleſia, per veram fidem ſalutem conſequatur æternam, quæ Apoſtolo teſte 1. Trin. 3. v. 15. eſt *Columna & firmamentum veritatis*, de quâ Sanctus item Irenæus lib. 3. c. 3. ait: *ad hanc enim* (Romanam) *Eccleſiam propter potentiorem Principalitatem, neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt, in qua ſemper ab his qui ſunt vndique, conſervata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio.*

Adjungo his duplicem Syllogiſmũ Apoſtolicum, vt, quod hactenus paulo diductius intendi, coronidis loco ſtrictim, & manu velut in pugnũ collectâ ab adverſarijs pro victoria veritatis extorqueam.

# PRIOR SYLLOGISMVS APODICTICUS

## *Ad* STUDIOSOS ACADEMICOS ABERRANTES.

QUæ Religio (1) non inde ab Apoſtolorum tempore huc uſque perpetuo duravit, ſed diu pòſt demum, & MD. quidem pauculiſque pòſt annis, extitit; (2) nullum certum & invictum fundamentum habet, cui ſuperſtrui quid ſolidè poſſit; (3) non eſt plantata ab homine ullo ſancto, ſeu divinis virtutibus intus & foris ornato; (4) propaga-

pagatur à ſui amantibus, inſtabilibus, diſſentientibus; (5) Miniſtris utitur, nullum divinum Zelum habentibus ad converſionem Gentium ac nationum mundi vel aliorum in Chriſtianitate ſeductorum hominum, neque etiam pro ſuo grege & agnis diligenter & particulariter ſollicitis, ut fidos paſtores decet; 6. ſpiritualem, ſolitariam, ab ipſo Chriſto & ſanctis Patribus ſummè dilectam deprædicatamque vitam vituperat ad reijcit; 7. perſpicuo, & ab Eccleſia palam expoſito Dei verbo expreſsè & pertinaciter adverſatur; 8. non urget, ſed negligit obſervantiam conſiliorum Chriſti; 9. ſtudium virtutum Chriſtianarum colit frigidiſſimè; 10. noxium fovet errorem de Iuſtificatione; 11. reijcit Theologiam myſticam; 12. verſionem habet Bibliorum frequenter falſam; 13. malè quoque Scripturas explicat multis locis; 14. ſanctos Patres tractat irreverentiſſimè atq; inverecundiſſimè; 15. ſanctis Cælitibus non tribuit honorem debitum; 16. nullam cum ijſdem communionem colit; 17. ſanctum in ſuis nullum habet; 18. nullo claret miraculo; 19. reſpuit verbum Dei, vivâ tantùm voce per homines aut extra Biblia traditum; 20. dilectione Chriſtiana caret; 21. authorem habet, qui, à diabolo doctus, hæreſes excitavit peſſimas, 22. negat, quod nec Turcæ tamen nec Ethnici negant, caſtè vivi in cœlibatu poſſe; 23. laborat pluribus diſſidijs, quàm ulla Reſpublica Gentilium; 24. caret ſacrificio, 25. non orat pro defunctis; ſpernit primos in Patria ſua ſatores fidei Chriſtianæ, regiminis Eccleſiaſtici ſui deſtituitur ordine, 28. tuetur dogmata, Catholicis oppoſita, quæ pridem damnata in Eccleſia vetere. 29. caret medijs conſequendi ſalutem æternam. 30. introductorem ſui nacta eſt vitijs inquinatiſſimum. 31. profeſſoribus utitur mirè ſuperbis. 32. & profeſſoribus & diſcipulis referta eſt ut præſumptuoſis, ſic ſupiniſſimè ſecuris, ubi graviſſimè periclitantur, 33. per ſuos doctores non rectius, quam ijſdem damnati alij Sectarij, Scripturas intelligit atque adhibet. 34. per Doctores eoſdem ſuos nec pugnat ſolidius contra Eccleſiam, quàm hæretici alij peſſimi, ipſis quoque damnati. 35. pro fundamento nil habent niſi referti veſpis cerebri contumaciam. 36. monſtrare nequit vetuſtiorem cœtum eadem ſecum ſentientem omnia. 37. introducta eſt non ſine graviſſimis in Deum & homines injurijs, 38.

 ſuos

ſuos homines non facit credere quidquam fide divina. 39. Symbolum Apoſtolicum interpretatione corrumpit adulterinâ. 40. non habet formam religionis vllius. 41. carpit Matrem Catholicam ob mores filiorum ejus quorundam, ob Eccleſiæ item ipſius divitias ac ſplendorem. 42. nullum cudere contra fidem Catholicam valet Syllogiſmum, qui vitij ſit expers. 43. nominatim è Scripturis argumentatur illic nunquam non peſſimè. 44. nequaquam ijs nititur principijs, quibus Chriſtiani primitus. 45. deſpicit Scholaſticorum præclariſſimos. 46. vnitatem ſuſtulit, à Chriſto præceptam. 47. vetuſtas Eccleſiæ ſuſtulit praxes ac dogmata, 48. Catholicis nequiter affingit abſurdiſſima. 49. deſtituitur Eccleſiæ veræ notis præcipuis. 50. abolevit ferè, quicquid eſt veſtigiorum antiquitatis Eccleſiaſticæ. 51. amiſit nomen Catholicæ & Romanæ. 52. fatetur contra ſemet, Catholicos fide ſola ſalvari poſſe. 53. Concilium nullum poteſt celebrare, quo validè reijciat Sectas cæteras, à ſeſe & ab Eccleſia omnibus priore digreſſas 54. aperuit viam latam ad perditionem. 55. nec vllo jure flagitat probationem dogmatum omnium ex monumentis priorum ſeculorum. *Quæ, inquam, Religio, talis eſt, meritò non eſt habenda religio, neque conſtituit nobis Chriſti Eccleſiam veram.*

*Atqui Religio Lutherana ſic ſe habet. Vti in cauſis fundalis, cur Lutheraniſmus & Calviniſmus deſerendus ſit, fuſe demonſtratum eſt. Ergo meritò non eſt Religio ſalvifica, neque conſtituit nobis Eccleſiam veram.*

## POSTERIOR SYLLOGISMUS APODICTICUS.

### *Ad eosdem Studioſos Academicos aberrantes, ut redeant ad Ovile Chriſti.*

QUæ Eccleſia 1. doctrinas fidei ſuæ accepit è manibus & ore Apoſtolorum atque fideliter hucusque conſervavit. 2. Cujus hodiernos Doctores omnes à ſanctis Patribus eſſe deceptos, abſurdum dictu eſt. 3. Quæ diligentiam incredibilem adhibet in manducendis ad Cœlos animabus. 4. Retinet conſtanter fovetq; regularia vivendi genera. 5. Docet, ſervari divina mandata poſſe. 6. Col-

6. Collaudat exſequentes Evangelica conſilia. 7. Maximi facit ſtudentes unioni cum Deo myſticæ. 8. Doctores in Scripturis interpretandis humiles amat, fovetq;. 9. Nec obſervare deſinit conſuetudines antiquitatis pias. 10. Debito modo colit ſanctos Cœlites. 11. Eorundem Sanctorum ingentem habet numerum. 12. abundat miraculis. 13. abundat claris dono prophetiæ. 14. abundat operarijs, amore Dei ſolo nullos fugientibus labores, nullaque pericula formidantibus, vt lucrentur animas. 15. ſemper eſt Spiritus Sancti adminiculo conſtantiſſimè tuita, quicquid ab hęreticis damnatum in Catholica fide. 16. contra hoſtes quoſcunque ſtetit immota ſemper. 7. credibilitatis habet indicia, quæ deſunt hæreticorum Sectis. 18. adeoque horum omnia ſuperavit ſuperatque molimina. 19. taliaq; habet principia, quibus & hæretici coguntur vti, contra alias Sectas. 20. cum fide ſua ita coheret, vt altera deſeri ſine altera nequeat. 21. gremio ſuo ſemper excuſſit, qui Reformatum ipſam ire non veriti. 22. ſemper eliſit objectiones Gentilium, Iudæorum, ceterorumq; hoſtium. 23. poſt ſeculum ſextum in fide nil introduxit, novi. 24. nullumque non argumentum antagoniſtarum diſſolvere valet. 25. nec ſine injuria in ſapientiam divinam dici poteſt deſijſſe gubernari à Spiritu ſancto. 26. nec in ſe ſuâve religione fœdatur abuſibus quorundam ſuorum privatis. 27. Miniſtris vtitur legitimis. 28. Deum colit multo auguſtius, quam alibi ſit vſpiam. 29. vſque adeo neceſſaria eſt humano generi, vt ſine ea nihil futurum ſit, quod in ſupernaturalibus doctrinis ducatum præſtare nobis queat. 30. immò vt ſine ea nihil aptum ſit ſtabilire illic mentem humanam. 31. quæque probat probanda ſua fortiter ac ſolidè. 32. dogmatum ſuorum legitimos adhibet Præcones. 33. ſola atque vnica Baptiſmum vbique in medijs quoque ſectis poſſidet inalienabiliter & proprietarie. 34. habetq; hodie dogmata, quæ fuerunt primis etiam ſeculis tradita. 35. quæ dogmata, etiam ab Hæreticis deformata veriùs quàm reformata. 36. rerum item optimo conſpicua eſt ordine. 37. nec etiam hæreſios ab adverſarijs argui ſolet ſub initium. 38. ſola ſuis inſtitit principijs exactè. 39. nec Græcis Schiſmaticis accuſata fuit hæreſios, 40. in patriam noſtram primos Evangelij Præcones deſtinavit ſanctiſſimos viros,

 quo-

quorum & ſententijs, fidem attinentibus, etiamnum inhæret. 41. ſideles reperit ſemper aſſentientes ſibi, damnanti hæreticos. 42. inſtructa eſt rebus ad ſuum finem neceſſarijs omnibus. 43. nititur principijs homogenijs ac perpetuis. 44. calumnioſos hoſtium clamores, tum de rebus alijs, tum de Dictatibus Papæ Gregorij VII. retundit per ſuos facillimè. 45. adverſariorum ſpicula retorquere ſolet in ipſos efficaciſſimè, 46. atque impactum ſibi ab ijſdem crimen ſchiſmatis, veriſſimè demum in ipſoſmet recidere evincit, 47. meritiſſimè reijcit Pſeudopoliticorum & ſimilium hodie Syncretiſtarum indigniſſima Axiomata, 48. diſciplina, omnium ordinatiſſimâ, pietatem inculcat & propagat, 49. ipſis etiam hæreticorum ſuffraganti bus hypotheſibus comperitur eſſe vera Eccleſia. 50. Vocationem Miniſtorum & ſucceſſionem habet, ſolidiſſimis nixam fundamentis, 51. retinet firmiter quæ in fide placuere veteribus. 52. prævalet molitionibus hæreticorum quoque poſteriorum, prævalebitque ſic & graſſantis nunc multum latéque Syncretiſmi tricis. 53. deque hæreticis adeo omnibus paulatim triumphavit ſemper ac triumphabit. 54. præſcriptionem adverſus eos allegat rectiſſimè. 55. præ ſectis omnibus eſt notiſſima toti mundo diffuſiſſimaque, & ab initio continuatiſſima. 56. lacerata quidem iniurijs atrociſſimis, verum talibus, quas ipſimet adverſariorum prudentiores honeſtioresq; reprobant ac deteſtantur. 57. acceptatur hodie in matrem à deſerentibus ſectas viris, omni in genere magnis, innumeris. 58. humaniſſimè porro cæteros ſeductos invitat ad ſeſe, 59. ita inſeuit inſculpſitque ſui memoriam hominibus, vt communes etiamnum in hæreticis loquendi formulæ prodant ipſam. 60. evidenter noſcitur ex miraculis Miniſtrorum, imperioque in Diabolos vſitatiſſimo. 61. univerſum occupavit orbem, ita quidem, vt impoſſibile videatur Chriſtum id permiſſurum fuiſſe, ſi tota fuiſſet Antichriſtiana. 62. nec potuit per Antichriſtum convertere tot gentes barbaras ad Chriſtum. 63. merito iudicat, prudentius eum, qui Romanę ſedi ſubdat ſeſe, agere, quàm illi, qui manent alieni ab ea. 64. ſolos ſuos reddit certos de poſſeſſione genuini ſinceriq; verbi diuini. 65. rectiſſimè profitetur, eſſe incredibile, Deum ſolis demum Lutheranis providere voluiſſe de Religione puriſſi-

riſſima. 66. ſola Deum Sanctosq; eius colit vbiq; locorum, ſine fine, ardentisſiméq;. 67. ab hoſtibus non impetitur niſi calumnijs ſarcaſmisq; agreſtibus, inficiationibus, impudentiæ plenis. 68. nititur veritate & Autoritate. 69. ſemper fuit manſitque ad oculum clarè conſpicua, & ſola in plena poſſeſſione iurium ſuorum vbique; Sectis novis contrà vſque adeo ignoratis, vt non potuerint vel exiſtere, quin ſimul ſeſe palàm intruderent in vtramque Rempublicam. 70. ſuppoſita quoque ipſiusmet Indifferentiſmi veritate, prudentiſſimè intratur vna & ſola. 71. non ſolum nititur ſupernaturali revelatione, ſed munita eſt rationibus naturalibus undique. 72. quantò magis deprimitur tantò exſurgit altiùs. 73. in ſuis dogmatibus, exceſſum inter & defectum, via ſemper incedit mediâ. 74. cunctas nationes imbuit fide Chriſtiana. 75. reſplendet ſola nobiliſſimis excellentijs omnigenis. 76. relucet ornamentis porrò, nulli alij hominum cœtui perinde competentibus. 77. ſuperat alios omnes eruditionis & robore & amænitatibus. 78. non indiguit emendatione, deſinente in ſchiſma. 79. palàm fecit, quam nulla ratione Lutheraniſmus aboleverit Chriſtianiſmi partes plurimas. 80. ſuis viua certiſſimaque eſt credendi regula. 81. conſtanter hucuſque docet fidem, nobis Germanis traditam primitus. 82. ſola ſemper habuit paſtores. 83. ac ſola inſignitur certiſſimis Eccleſiæ verę Notis: *Quæ, inquam Eccleſia, ſic eſt comparata, merito eſt exiſtimanda Eccleſia Chriſti vera, ſancta, Catholica & Apoſtolica.*

*At Romano-Catholica noſtra Eccleſia ſic eſt comparata. Quemadmodum in cauſis fundatis fusè demonſtratum eſt. Ergo illa meritò eſt Eccleſia Chriſti vera, ſancta Catholica, & Apoſtolica.*

Geminum ecce Vobis Domini Academici Syllogiſmum dedi, cujus utriuſque major quia à nemine negari poteſt, probatione non indiget; Minor ita probata eſt in cauſis fundatis, ut Concluſio ſequatur infallibilis, quam diu allatas ibi minoris probationes ſolidè non elidunt Adverſarij. Solidè inquam; quia inter dicere vel calumniari, & probare tantum apud prudentes intereſt, quantum inter ſobriè ſapere, & palàm inſanire.

Vale-

Valete Domini Academici, & tenuem hunc laborem meum, ſincero ſalutis Veſtræ amore ſuſceptum, pro oblatis gratiosè credentialibus, in gratiarum actionem oblatum, vobis accidiſſe non ingratum oſtendite. oſtendetis, ſi legeritis eo quo vobis inſcriptus eſt, candore. Sic Vos Deus amet, & ſancta veritas in templo honoris & æternæ gloriæ æterna de vobis omnibus trophæa ſtatuat.

Viennæ Auſtriæ 1655.

# F I N I S.